rez par tout avec vous juſqu'à la mort. Il entrera dans vos conſeils, & vous
162 163 164 165 166 167 168 169
trahira, ſi vous l'écoutez. L'humeur fait perdre les occaſions les plus importantes;
170 171 172 173 174 175 176
elle donne des inclinations & des averſions d'enfant, au prejudice des plus grands
177 178 179 180 181 182 183 184 185 186
interets. Elle fait decider des plus grandes afaires par les plus petites raiſons. Elle
187 188 189 190 191 192 193 194 195
obſcurcit tous les talens, rend un homme inégal, foible, vil, & inſupportable.
196 197 198
Defiez-vous de cet ennemi.

141) D. ſuper omnia, præ omnibus. 142) eſto. Verbi *Etre* (§ 9) Imperativus. 143) DD. in excubiis, **auf guter Hut.** 144 - 146) DD. contra tuum genium, quem vulgo etiam *humorem* dicunt. *Ante omnia contra innatum tibi impetum excuba.*

147) Sp. **Es iſt**, eſt hic. 148) D. hoſtis. 149) Sp. quem. 150) Sp. tu. 151) D. *porter*, ferre. Futurum primæ conjug. (§ 10.) feres. 152) D. quaquaverſus; per omnem locum per omnia. 153 & 154) D. cum. Sp. tu. tecum. 155 & 156) DD. uſque ad mortem. *Hoſtis eſt, quem tecum ubique circumferes ad mortem uſque.*

157) Sp. Ille. nimirum hoſtis 158) D. *entrer*, intrare. Futurum primæ conjug. (§ 10.) intrabit, irrepet. 159) D. in. 160) Sp. tua. 161) D. conſi-

consilia. 162) D. *trahir*, prodere. Futurum secundæ conjug. *ira* (§. 10.) teque prodet. 163) D. si. 164) D. *écouter*, audire. Indicativi præsens (§ 10.) *l'* pro le. Sp. eum. *Irrepet ille in tua consilia, teque prodet, si eum audis.*

165) D. genius, propensio. 166) Sp. facit. 167-169) DDD. amittere occasiones gravissimas. nam *les plus* superlativum indicat (§ 5.) 170) Sp. illa. propensio. 171) D. *donner*, dare. Indicativi præsens conjug. primæ (§ 10) dat. 172 & 173) DD. voluntatis inclinationes & aversationes. Articulus *des* est partitivus (§ 15.) 174) D. *enfant*, infans, puer. *d'enfant*, puerilis. 175) D. detrimentum. articulus *au* respondet dativo incommodi apud Latinos: zum Nachtheil, in detrimentum. 176 & 177) DD. maximorum commodorum. nam *des plus* Superlativum efficit (§ 5.) *Propensio facit, ut omittamus occasiones gravissimas: illa suggerit inclinationes animi aut aversationes pueriles, in detrimentum maximorum sæpe commodorum.*

178) Sp. illa. 179) Sp. facit. 180. 185) DD. decernere de negotiis maximis ex rationibus tenuissimis.

186) Sp. illa. 187) D. *obscurcir*, obscurare. Indicativi præsens secundæ conjug. (§ 10.) obscurat. 188) Sp. omnes. 189) D. naturæ dotes. vulgo *talenta*. 190) D. *rendre*, efficere, reddere. Quoniam *re* Characteristica quartæ conjug. est (§ 6), eademque in vocabulo *rend* omnino perit absque ulla compensatione, vides (§ 10) id esse præsens Indicativi in eadem quarta conjugatione. reddit. 191) D. hominem, einen Menschen. 192-195) DDD. *reddit hominem inæqualem, debilem, abjectum, & intolerabilem.*

196) D. *defier* (*se de...*) diffidere. Imperativus primæ conjug. (§ 10.) additur *vous*, quia Verbum reciprocum est. 197) Sp. huic. 198) D. hosti. *Diffide huic hosti.*

199 200 201 202 203 204 205 206 207
Craignez les Dieux, o Telemaque: cette crainte est le plus grand trésor du cœur de
208 209 210 211 212 213 214 215 216 217
l'homme: avec elle vous viendront la sagesse, la justice, la paix, la joye, les plaisirs
218 219 220 221 222 223 224 225
purs, la vraye liberté, la douce abondance, & la gloire sans tache.

199) Sp. *craignant*, timens. inter cujus Affinia (§ 27) *ez* in Imperativo occurrit. time. 200) D. Deos, a *Dieu*. nam *eu* in plurali assumit *x*. (§ 3.) 201) o Telemache.

202) Sp. hæc. 203) D. formido. 204) est (§ 9.) 205) Superlativus (§ 5.) maximus. 206 & 207) DD. thesaurus cordis. 208) D. hominis.

209) D. cum. 210) Sp. illa. 211) Sp. tibi. 212) Sp. *viendrai*, veniam. Ejus temporis ultima perſona (§ 10.) venient. 213 ſqq.) DDD. ſapientia, juſtitia, pax, gaudium, voluptates puræ, vera libertas, dulcis (a maſculino *doux*, § 4) abundantia, & gloria absque macula. Totius igitur clauſulæ hæc eſt ſententia: *Time Deos, Telemache: hic timor eſt theſaurus humani cordis præcipuus: cum hoc tibi obtingent ſapientia, juſtitia,* cet.

EXERCITATIO ALTERA, POETICA.

Petri Cornelii Cleopatra, regina ambitioſa & effera, ita ſecum ipſa loquitur, & odium in Rodogunam effundit, virginem ex regio Parthorum ſanguine genitam, & deſtinatam Antiocho Cleopatræ filio Sponſam. *Rodogunæ Tragœdiæ Act. II Scen. I.*

1 2 3 4
Sermens fallacieux, ſalutaire contrainte,
5 6 7 8 9 10 11 12
Que m' impoſa la force, & qu' accepta ma crainte;
13 14 15 16
Heureux déguiſemens d'un immortel couroux,
17 18 19 20
Vains fantomes d'état, évanouiſſez-vous.

1) D. Juramenta. *nt* in plurali fit *ns* (§ 3.) 2) D. fallacia, fraudulenta. Literæ *x* in plurali nil additur. 3. & 4) DD. ſalutaris violentia, **heilſamer Zwang.** 5) Sp. quam. nimirum violentiam. 6) Sp. mihi. pro *me.* 7) *impoſer*, imponere, injungere. Præteritum ſimplex primæ conjug. (§ 10.) injunxit, impoſuit. 8) D. vis. 9) ut n. 5. & quam. 10) D. *accepter*, acceptare, accipere. acceptavit. ut n. 7. 11) Sp. mea. 12) D. formido. *O juramenta fallacia, & ſalutaris violentia, quam mihi vis injunxit, & timor meus acceptavit!*

13-16) DDD. Felices diſſimulationes immortalis iræ. 17-19) DDD. vana phantaſmata Principatus. 20) D. *évanouir*, & *s'évanouir*, evaneſcere. Imperativus ſecundæ conjug. Characteriſtica *ir* mutata in *iſſez* (§ 10.) evaneſcite. *vous* ob Verbum reciprocum. **Verziehet euch.**

21 22 23 24 25 26 27
Si d'un péril preſſant la terreur vous fit naitre,
28 29 30 31 32 33 34 35
Avec ce péril même il vous faut diſparoitre.

Sem-

36 37 38 39 40 41
Semblables à ces vœux dans l'orage formez,
42 43 44 45 46 47 48
Qu'efface un promt oubli, quand les flots sont calmez.

21 - 24) DDD. si periculi urgentis terror. 25) Sp. vos. Alloquitur Cleopatra per figuram Apostrophes juramenta sua, ceterasque artes, paulo ante ab se recensitas. 26) Sp. *fis*, feci. cujus tertia persona singularis est *fit* (§ 10 in Præterito simplici.) 27) D. nasci. Antiqua Lexica habent *naistre* (§ 23.)

28) D. cum. 29 - 31) DDD. hoc periculo ipso. 32 & 34) Sp. oportet. 33) Sp. vos. 35) D. evanescere.

36) D. similes. 37) Sp. his, illis. 38) D. *vœu*, votum. Pluralis sibi ascifcit *x*, quia nomen in *eu* desinit (§ 3.) votis. *similes iis votis.* 39 - 41) DDD. in tempestate factis. *Former*, facere, Supinum seu Participium habet *formé* (§ 10.) ejus pluralis est *formez* (§ 3.) 42) Sp. quæ. 43) D. *effacer*, delere, obliterare. Præsens Indicativi in prima conjug. (§ 10.) obliterat. 44 & 45) DD. velox oblivio. 46 & 47) DD. quando fluctus. 48) D. *calmer*, sedare. Supinum seu Participium, sedati, ut *formez* n.41. *sont*, sunt, (§ 9.) Tota proin sententia est : *Si periculi urgentis terror vos produxit (nasci fecit), cum hoc ipso periculo evanescere vos oportet, similes illis votis tempestate susceptis, quæ celeris oblivio delet, cum fluctus sedati sunt.*

49 50 51 52 53 54 55 56
Et vous, qu' avec tant d'art cette feinte a voilée,
57 58 59 60
Recours des impuissans, haine dissimulée,
61 62 63 64 65 66
Digne vertu des Rois, noble secret de Cour,
67 68 69 70 71 72
Eclatez, il est tems, & voici notre jour.

49) Sp. Et tu. 50) Sp. quod, relativum. 51) D. cum. 52 & 53) DD. tanta arte. *Tant d'art* proprie est *tantum artis*. Sp. *de*. 54) Sp. hæc. 55) D. simulatio. 56) D. *voiler*, velare. Præteritum compositum primæ conjug. (§ 10.) velavit. Supino in *é* additur *e* femininum (§ 4), quia refertur ad *haine*; n. 59, quod generis est feminini. 57 - 60) DDD. refugium imbecillorum, odium clandestinum. 61 - 66) DDD. digna virtus Regum, nobile arcanum Palatii. 67) D. *éclater*, erumpere. Imperativus primæ conjug (§ 10.) erumpe. 68) Sp. eß ist. 69) D. tempus. 70) D. & en, & ecce. 71 & 72) DD. nostra dies. *Et tu* (odium) *quod tanto artificio fraus*

hæc mea velavit, præsidium imbecillium, odium dissimulatum, digna Regum virtus, nobile arcanum Regiæ, erumpe, tempus jam est: nam ecce diem nostrum!

73 74 75 76 77 78 79 80
Montrons-nous toutes deux, non plus comme sujettes,
81 82 83 84 85 86 87 88 89
Mais telle que je suis, & telle que vous êtes.
90 91 92 93 94 95 96
Le Parthe est éloigné, nous pouvons tout oser,
97 98 99 100 101 102 103
Nous n' avons rien à craindre, & rien à déguiser.

73) D. *montrer*, ostendere. Imper. primæ conjug. (§ 10) ostendamus. 74) Sp. nos. 75 & 76) DD. **alle beyde.** nam *deux* est duo, ambo: *tout* autem ratione generis feminini acquirit *e*, ratione pluralis numeri *s*. 77-80) DDD. non jam (non amplius) ut subditas. 81) D. sed. 82) D. *tel*, talis. Femininum duplicat *l*, ut *nulle* & *quelle*, (§ 4.) talem. 83) Sp. **wie.** latino more, quia præcessit *talem*, dicendum est *qualis*. 84) Sp. ego. 85) sum, (§ 9.) 86) & talem. ut n. 82. 87) qualis, ut n. 83. 88) Sp. tu. 89) es, (§ 9.)

90) Parthus. 91) est, (§ 9.) 92) D. remotus, procul distans. 93) Sp. nos. 94) D. *pouvoir*, posse. Characteristica tertiæ conjugationis *oir*, (§ 6.) rejecta, & substituto *ons*, oritur Indicativi præsens: possumus. 95 & 96) DD. omnia audere. 97) Sp. nos. 98 & 100) nihil. gemina negatio, (§ 19) 99) habemus, (§ 3.) 101) D. timere. *à* (§ 17) **zu fürchten.** 102 & 103) DD. **und nichts zu verbergen.** *Ostendamus nos ambæ* (ego, & tu, o odium meum) *non jam ut subditas, sed talem me, qualis sum, & tale te, quale es. Parthus abest procul: licet audere omnia: nihil jam vel timendum est, vel celandum.*

104 105 106 107 108 109 110 111
Je hai, je regne encor. Laissons d'illustres marques;
112 113 114 115 116 117 118 119
En quittant, s' il le faut, le haut rang des Monarques:
120 121 122 123 124 125
Faisons-en avec gloire un départ éclatant,
126 127 128 129 130 131
Et rendons-le funeste à celle qui l'attend.

104 & 105) Sp. Sp. ego odi. 106) Sp. ego. 107) D. *regner*, regnare. Indicativi præsens (§ 10.) regno. 108) D. adhuc, etiam nunc.

109) D. *laisser*, relinquere. Imperativus (§ 10.) relinquamus. 110 & 111) DD. illustria vestigia. *d'* est articulus partitivus (§ 15.) 112) D. *quitter*, dese-

deferere. *En* Sp. nota gerundii in *do.* deferendo. 113) fi. pro *si*, utpote initio constructionis (§ 20.) 114 & 116) Sp. oportet, necesse est. 115) Sp. es. Wenn man es thun muß. 117 - 119) DDD. sublimem gradum imperantium.

120) Sp. *faisant*, faciens. Inter ejus Affinia (§ 27) est imperativus: faciamus. 121) Sp. inde, davon. ab hoc regio gradu. 122 - 125) cum gloria, discessum splendidum. 126) D. *rendre*, efficere. Imperativus quartæ conjug. mutata ejus Characteristica *re* in *ons*: efficiamus. 127) Sp. eum. id est, discessum. 128) D. funestum. 129) Sp. *celle*, illa. *a celle*, illi. 130) Sp. quæ, Rodogunam intelligit. 131) D. *attendre*, exspectare. Indicativi præsens in quarta conjugatione, Characteristica *re* deleta sine ulla compensatione. exspectat. *L'* pro *le*, Sp. eum. discessum nempe. *Odi & impero etiam nunc. Illustria relinquamus vestigia, dum deserimus, siquidem ita opus est, sublimem imperii gradum. Appareamus (faciamus) inde cum gloria discessum splendidum, eumque (discessum) funestum efficiamus Rodogunæ, quæ illum exspectat.*

A P P E N D I X

De Pronunciatione

Linguæ Gallicæ,

quatenus a latina differt.

1. *Ai* pronunciatur ut æ vel é. Sic *aimai*, amavi; *plaire*, placere; *faire*, facere; lege, æmé, plær, fær. Sed *faisant*, *faisons*, *faisois* &c. ab eodem verbo *faire*, (quæ rectius per *e* simplex scribuntur) raptim per *e* brevissimum proferenda sunt.

2. *Aou* pronunciatur ut u. *Aout*, Augustus mensis; lege tantum u.

3. *Au* ut o. *aune*, ulna; l. on; *faute*, error; l. fot.

4. *Aya*, *ayé*, *ayez*, *ayon*. ut eya, eyé, eyon. *ayant*. habens; *payé*, persolutus; *essayez*, facite periculum, experimini; *rayon*, radius; l eyá*n*, peyé, esseyé, reyó*n*. (Quid sibi velit hoc *n*, dicetur paulo post, § 17.)

5. *B* in fine nominum propriorum, ubi per Regulam Finalem (asserendam § 48) esse mutum debebat, æque sonat ac in principio aut medio. *Caleb*, *Segoub*; l. Caléb, Segúb.

6. *Ce*, *ci*, ut *se*, *si* *capacite*, capacitas; *concevez*, concipite; l. capasité, con*s*evé. (*n*, ut § 4, seu § 17.) *c'est*, id est; l. se.

7. C

7. *C* cum exigua cauda, five *ç*, ut s. *plaça*, collocavit; l. plaſá.

8. *Ch* ut ſch. *vache*, vacca; *ficher*, affigere; l. vaſch, fiſché. In quibusdam tamen peregrinis *ch* ſonat ut c ſeu lene k. *Chriſt*, Chriſtus; *Echo*, Echo; l. Criſt, Eco.

9. *D* finale, ſi ſimul pronuncietur vocabulum ſequens, quod a vocali inchoatur, ſonat ut t. *grand homme*, magnus vir; *quand avez-vous diné?* quando pranſus es? l. gra*n*t hom; ca*n*t avé-vu diné? (*n* ut § 4, ſeu § 17.)

10. *E* gallicum triplex, a quibusdam etiam quadruplex diſtinguitur. Incipienti ſufficiet noſſe, aliud eſſe *e* ſonorum, aliud obſcurum aut mutum. Sonorum eſt, quoties vel accentu notatur, vel vox eſt monoſyllaba in conſonantem deſinens, vel poſt illud *e* ſequitur *l*, *r*, *t*, aut litera quæcunque duplex. Exempla primi generis ſunt: *marqué*, ſignatus; *après*, poſt; *fête*, feſtum; l. marké, apræ, fæt. ſic & *géant*, vel etiam *geant*, ubi accentus occulte intelligitur; l. ſché*á*n. (*n* ut § proxime ſuperiore.) Secundi generis ſunt: articuli *les* & *des*; *ſes*, ſui, ſuæ; *ſec*, ſiccus; l. læ, dæ, ſæ, ſæc. Tertii: *mortel*, mortalis; *parler*, loqui; *objet*, ſcopus; *effroyable*, terribilis; l. mortæl, parlé, obſchæ, effroyabl. eademque ratione *liſez*, legite; *examiner*, examinare; l. liſé, examiné: nam *x* & *z* tantundem valent, quantum cs vel gs, & ts.

11. In ceteris caſibus *e* obſcurum aut mutum eſt, [illegible] ut vel omnino taceatur, vel certe non niſi tenuiſſime proferatur. *Jean*, Joannes; *s'aſſeoir*, ſedere; *mangeons*, comedamus; *bourgeois*, civis; *percea*, ut olim ſcribebatur, perforavit, penetravit; *vive*, vivat; *vie*, vita; l. Scha*n*, *s'* aſſóar, ma*n*ſchó*n*, burſch*óa*, perſá, viv, vi. Facile apparet, in his e mutum eſſe, quippe quod penitus omiſſum ſit. Quid autem ſit e obſcurum, aut quo modo ſonet, e quotidiano ſermone germanico declarari poteſt. In vocabulis **gelaſſen, geſaſſet, beſuchet, Kirche**, & ſexcentis ſimilibus, alii vocalem **e** ſimpliciter omittunt, ut muta permaneat; alii tam obſcure & breviter efferunt, ut, ſi ita dicere licet, ſemiſyllaba tantum videri poſſit. Hunc E obſcuri ſonum, diſcriminis ergo, deinceps per *e* (*curſivum*) indicabo. Talia ſunt: *de* & *le* articuli; *ſe*, ſibi, ſe; *me*, mihi, me; *ne*, non; l. d*e*, l*e*, ſ*e*, m*e*, n*e*.

12. Privilegium E muti eſt, quod, ſi in duabus continenter ſyllabis occurrat, ſecundum quidem obmuteſcat, primum vero aperte pronuncietur. *parle-je?* loquorne? *mene*, ducit; l. parléſch, mén.

13. Futurum Indicativi & Imperfectum Conjunctivi ante literam *r* E mutum habent. *trouverai*, inveniam; *louerai*, laudabo; *paierois*, ſolverem,

rem, perſolverem; l. truvræ, luræ, pæræ. Niſi tamen *r* duplicatum ſit. *verrai,* videbo; l. værræ.

14. Pronomina *cet,* hic, & *cette,* hæc, E ante *t* mutum habent. *cet article,* hic articulus; *cette paix,* hæc pax; l. s'tarticl, ſt*e* pæ. Sic etiam *honêteté*, honeſtas, urbanitas, alterum E obſcurum habet, etiamſi *t* ſequatur. l. onætété.

15. *Eau* pronunciatur ut o. *l'eau,* aqua; *peau,* pellis; l. lo, po.

16. *Ei* ut é. *pleine,* plena; *Seine,* Sequana fluvius; l. plén, Sén.

17. *Em, en,* ſi ſint in eadem ſyllaba, E ſonat ut a, *n* vero ſit *naſale,* ut Galli appellant, eodemque prorſus modo *m* pronunciatur. Exemplum familiare hujus *n naſalis* in pluribus Germaniæ provinciis millies uno die auditur, dum *n* præſertim in fine vocis non plene aut firmiter, ſed remiſſe & liqueſcens veluti per nares effertur: **mein, dein, ſchon, davon.** Hunc ſonum per *n* (*curſivum*) indico, quo facilius diſtingui poſſit. Itaque *enſemble,* ſimul; *en prendre,* inde accipere; l. a*n*ſa*n*bl, a*n* pra*n*dr. at *prenons,* accipimus, accipiamus, nec E in a mutat, nec *n* naſale habet: quia *en* non eſt in eadem ſyllaba: idemque ob eandem rationem accidit in *ſemer,* ſeminare, omnibusque ſimilibus: ſic enim ſyllabæ diſtinguuntur, *pre-nons, ſe-mer,* l. pr*e*-non, ſ*e*-mé: cum in ſuperioribus E & naſalis intra eandem ſyllabam cohæreant, *en-ſem-ble*, *pren-dre.*

18. Non tamen liqueſcunt poſt E vocalem literæ n & m, ſi eas aliud n vel m ſequatur. *femme,* mulier, *emmener*, abducere; *ennui*, faſtidium; l. fam, amm*e*né, annui per u obſcurum, ſeu medium inter u & i, de quo § 43. Si poſt *enn* ſequitur E, ſonat ut latinum enn. *ennemi,* hoſtis; l. enn*e*mi.

19. *Em* & *en* in nominibus peregrinis, & in *ien, yen*, *éen,* non mutant E in A. *Memnon, Mentor*, *examen;* l. Memno*n*, Me*n*tor, examen. *bien,* bene; *rien,* nihil; *Troyen*, Trojanus; *Européen,* Europæus; l. bie*n*, rie*n*, Troje*n*, Européé*n*, diphthongo tamen *eu* in poſtremo vocabulo ad eum modum deflexa, quem § 22 exponam.

20. Syllaba finalis *ent,* cum in quocunque Verborum Tempore tertiam perſonam pluralis numeri terminat, non auditur. *ils aiment,* amant; *ils portent,* ferunt, ferant; l. is æm, i port. Quod ſi proxime ſequatur vocalis, & eodem ſpiritu ſeu uno tractu pronuncietur, ultimum *t* Verbi auditur. *diſent-ils,* dicunt; *diroient-ils,* dicerent; l. dis' ti, diræt i.

21. Vocabulum *eſt,* latine quoque Eſt, *s* ſemper habet mutum: *t* vero tunc ſolum profertur, cum vocalis proxime ſequens eodem tractu

E pro-

pronunciatur. *il est vrai,* est verum; *est - il vrai?* estne verum? l. il e vræ, & - i vræ. Particula & autem, ad discrimen vocabuli *est*, constanter *t* mutum servat. *Pierre & Paul,* Petrus & Paulus; *Jaques & André,* Jacobus & Andreas, l Pierr e Pol, Schak e André.

22. *Eu* habet sonum affinem diphthongo germanicæ ö revera tamen medium inter hoc ö & simplex e. Quoties occurret soni hujus necessitas, eum per *æ* indicabo, *cursivum* tamen, ut meminerit Lect r, non esse hunc verum & proprium ejus sonum, sed vicinum duntaxat. *ceux*, illi; *leur*, eis; l. s*æ*, l*æ*r. De syllaba *eu*, cum ut vocalis *u* legitur, commodius ibidem agetur.

23. *F* initio vocum & medio valide, in fine leniter pronunciatur. *fort bien*, valde bene, optime; *tardif*, tardus; *chef*, caput, persona princeps; l. for bie*n* per f forte, tardif & chef per f lene. Sed *chef d'œuvre*, opus perfectum, & *clef*, clavis, semper sine f pronunciantur; sché d'*æ*vr, clé. In nominibus *œuf*, ovum, *bœuf*, bos, & *nerf*, nervus, f in plurali nunquam auditur, in singulari tum, cum vocalis sequitur.

24. *G* cum in fine vocabulorum profertur, sonum literæ k induit. *sang & eau*, sanguis & aqua; l. sa*n*k e o.

25. *Ge, gi,* ut sche, schi. *engagé*, obstrictus; *gorge*, guttur; l. a*n*gasché, gorsch.

26. *Gn* ut in italico; sive ut *n con tilde* apud Hispanos, aut *nh* apud Lusitanos. Sonus hic, Germanis ignotus, conflatur e tribus literis; g blæso seu imperfecto (quod ad discrimen veri seu perfecti g per *g cursivum* indicabo) litera n, & j consonante. *gagner*, lucrari; *daigner*, dignari; *feignons*, fingamus; *mignon*, gratiosus; l. gagnjé, dægnjé, fégnjó*n*, mignjó*n*. Si ante *gn* præcedat diphthongus *oi*, *i* hujus diphthongi non auditur. *oignon*, cepa; l. ognjó*n*. Si vero post *gn* scriptum sit *i*, aut *e* finale mutum, j consonans non pronunciatur. *feignis*, finxi; *digne ami*, dignus amicus; l. fégni, dign' ami.

27. *Gue, gui,* ut ge, gi. *guerre*, bellum; *longue*, longa; *languissant*, languidus; l. gerr, lo*n*g, la*n*gissá*n*. Excipe *aiguille*, acus; *aiguiser*, acuere; & composita: in quibus syllaba *gui* ita sonat, ut in latino *pinguis* aut *distinguimus*.

28. *H* mutum est post apostrophum, & generatim in iis vocabulis, quæ a latino proxime oriuntur; excepto tantum nomine *héros*. *l'Harpie*, Harpyia; *d'Hollande*, Bataviæ; *d'Hongrie*, Hungariæ; *humanité*, virtus aut schola humanitatis; *humilier*, deprimere; l. l'arpí, d'olá*n*d, d'o*n*grí, umanité,

n'té. umilié, *u* tamen sic temperato, ut § 43 dicetur. *le héros*, heros; *l'héroïne*, heroina; *l'héroïsme*, virtus heroica; l. *le* héro, l'éro-in, l'éro-issin. In iis, quæ a latino vel omnino non proveniunt, vel tantum longius derivantur, *h* more latino sonat. *hazard*, casus, sors; *hideux*, horridus; *hérisson*, herinaceus seu hericius; *haut*, olim *hault*, altus. l. hasár, hidœ, hérisson, ho.

29. Consonans *j* ut sch. *déja*, jam; *jour*, dies; l. déschá, schur.

30. Triphthongus *ieu* eundem habet sonum, quem diphthongus *eu*, de qua dictum § 22 præposito tantum *i*, & in unam syllabam coalescente. *lieu*, locus; *Monsieur*, dominus, domine; l. liœ, monsiœ.

31. *Il* finale præcedente *a*, *e*, *œ* & *ue*; itemque *ill*, *aill*, *eill*, *ouill*, *euill*, *ueill*, *œill*, *uill*; eundem sonum habent, quem *gl* Italorum, *ll* Hispanorum aut *lh* Lusitanorum. Respondet sonus hic ei, quem paulo ante de literis *gn* § 26 explicavimus; videlicet coalescit ex g blæso, & litera l, quæ si vocabulum non finiat, auditur post eam j consonans. Blæsum illud seu imperfectum g hic quoque per *g cursivum* designabo. *travail*, labor; *soleil*, sol; *œil*, oculus; *cercueil*, sandapila; l. travagl, solegl, egl, serkegl. *briller*, coruscare; *fille*, filia, puella, *tailler*, scindere; *s'éveiller*, expergisci; *se rouiller*, rubiginosum fieri; *veuille*, velim, velit; *cueillir*, colligere; *œillet*, caryophyllon flos; *cuilliere*, cochleare; l. brigljé, figl; tagljé, s'évegljé, se rugljé, vegl, kegli, églje, cuglier per *u* gallicum, de quo infra suo loco. E quibus exemplis vides, i consonantem evanescere tum, cum post *ll* vel e mutum, vel i vocalis sequitur.

32. Excipe vocabula, quæ ab *ill* inchoantur, ut *illégitime*, nothus; & nomine *mille*, mille, ac *ville*, urbs; in quibus *il* more latino profertur. Omitto cetera, quibus pro antiquo *ill* orthographia melior duntaxat *il* simplex reliquit.

33. *Im*, *in*, si sint in eadem syllaba, sonant ut *en*. *imparfait*, imperfectus; *inconstant*, inconstans; *coussin*, pulvinar; l. enparfæ, enconstan, cussen. contra *miner*, suffodere; *rimer*, rhythmica facere; *inimitié*, inimicitia; l. miné, rimé, inimitié: quia m & n non ad eandem syllabam pertinent, sed proximam post i inchoant: mi-né, ri-mé, i-ni-mi-tié. *Imm* & *inn* ut i sonant, eo tamen discrimine, quod m geminum auditur, n unicum. *immobile*, immobilis; *innocent*, innocens; l. immobil, inosán.

34. *L* in *quelque*, aliquis, *quelqu'un*, quispiam, ab aliis omittitur, ab aliis non minus eleganter pronunciatur. *Sol*, nummi genus; *fol*, stultus, & similia, rectius scribuntur *sou*, *fou*, &c. l. su, fu. Sequente tamen vocali, *le fol amour*, stultus amor; l. *le* fol amúr.

35. M & n. quoties non [illegible] eodem spiritu seu in eodem pronunciandi tractu vocalis [illegible] fiunt nasalia, eo sensu, quem §. [illegible] explanavimus. [illegible], celui [illegible]; *son nom*, nomen suum, nomen ejus; *contre*, contra; l. [illegible], son non contr. vicissim *honoré*, honoratus; *bonheur*, felicitas, *aimable*, amabilis; *mon épée*, gladius meus; *je l'en avertis*. eum de re admonui; plenum & germanum sonum sui m & n retinent. onoré, bon*a*r, æmabl, mon épé, sch*e* l'an averti: quia eodem spiritu continenter pronunciatur sequens vocalis. Imo idem fit, si e mutum sequatur. *ramener*, reducere; *l'ame*, anima; *peine*, labor; l. ramené, l'am, pén.

36. Triphthongus *œu*, ut diphthongus *eu* §. 22. *cœur*, cor; *sœur*, soror; l. kœr, sœr.

37. *Oi* seu *oy* sonum efficit inter óa & óe medium, unius tamen duntaxat syllabæ. Ego eum per *oa cursivum* significabo. *gloire*, gloria; *croîre*, credere; *Roy & loy*, Rex & lex, nunc *Roi & loi*; l. glo*a*r, cro*a*r (vel etiam crær) roa, loa. Excipiuntur, & ut æ vel é pronunciantur Imperfecta Verborum, Verba in *oitre*, nomina gentilia; & *adroit*, solers; *endroit*, locus; *foible*, imbecillis; *étroit*, angustus; *froid*, frigidus; *droit*, dexter; cum suis quæque derivatis. Sic *pouvoit*, poterat; *batiroit*, ædificaret; *paroitre*, apparere; *paroissoit*, apparebat; *François*, Gallus; *Anglois*, Anglus; *Milanois*, Mediolanensis; l. puvæ, batiræ, parætre, paræssæ, Fra*n*sæ (sed *François*, Franciscus, l. Fra*n*so*a*) A*n*glæ, Milanæ. *Crois*, credo, & *croit*, credit; cræ, vel cro*a*. *Sois*, sim, sis, & *soit*, sit, sonat ut æ; sed *soit*, esto, vel instar adverbii pro *sive*, ut *oa*. *soit que cela soit, ou non*, sive hoc ita sit, sive non; l. so*a* k*e* sla sæ, u no*n*.

38. *Ou* ut u. *la tour*, turris; l. la tur.

39. *Qu* semper sine u pronunciatur. *quand*, quando; *quel*, qualis; l. ca*n*, kel. In nomine *cinq*, quinque, auditur q sequente vocali, & in fine sententiæ; alibi mutum est. *cinq hommes*, quinque viri; *nous étions cinq*, eramus quinque; *cinq mille*, quinque millia; l. se*n*k om, nus étio*n* se*n*k, se*n* mill.

40. *R* in *notre*, noster, *votre*, vester, nunquam sonat, dum Substantivum sibi conjunctum habent; sed tum tantum, cum sine Substantivo & articulo munita ponuntur. *Notre Pere*, Pater noster; *votre ame*, anima tua, *le notre*, noster; *la votre*, vestra; l. not per, vot am, l*e* notr, la votr. Sic etiam *quatre Louis d'or*, quatuor nummi aurei Ludoviciani; l. cat lui d'or.

41. S

41. *S* inter duas vocales lenem sibilum habet more latino; alibi, & post syllabam *pro* durum & pæne duplicatum auditur. *raison* ratio; *savoir*, scire; *pressentir*, præsentire; l. ræson, savoar, pressanti.

42. *Ti* sequente vocali, in iis vocabulis, quæ Latini ut *ci* efferunt, sonat ut ss; in aliis ut ti. *action*, actio; *patience*, patientia; *prophetie*, vaticinatio; l. acssion, passians, professí. contra *question*, quæstio; *etions*, eramus; *tien*, tuus; *partie*, pars; l. kestion, étion, tien partí.

43. Vocalis *u* sono quodam medio inter i & u latinum pronunciatur, qualem Græci ypsilo, Hebræi suo u brevi seu kibbûds tribuerunt. Signum ejus apud me erit *u cursivum*. Sic *du*, genitivus articuli; *dû*, debitus; *une*, una; *rue*, platea; sonant ut d*u*, *u*n, r*u*. Diphthongus *eu* in Supinis seu Participiis, in Præterito simplici, & Imperfecto Conjunctivi, ut *u* modo explicatum profertur, & in plerisque ad melioris orthographiæ leges etiam per *u* simplex scribitur. *emeu*, commotus; *eut*, habuit; *eusse*, haberem; *veu*, visus, visum; & ab eo derivatum substantivum *veue*, conspectus; l. em*u*, *u*, *u*ss, v*u*.

44 In consonante *v* cavendum, ne vel tam aspere, quam v consonans Germanorum; vel tam leniter, quam eorundem w, efferatur: vera enim ejus pronunciatio est eadem penitus, quam *v* italicum, hispanicum, lusitanicum, ipsumque etiam latinum exposcit. *vie*, vita; *vers*, versiculus; l. vi, ver, non fi, fer, sed sono mitiore, inter f & w medio.

45. *X* leniter pronuncia. *exaucer*, preces audire; *exil*, exilium; l. egsosé, egsil. Si in fine jus sonandi acquirit ob sequentem vocalem, fit s. *aux amis*, amicis; *dix écus*, decem nummi scutati; l. os amí, dis é *u*. Idem contingit in numeralibus, *dixiéme*, decimus; *sixiéme*, sextus; *soixante*, sexaginta; *soixantiéme*, sexagesimus; l. disiém, sisiém, soasant, soasantiém.

46. *Y* sono cum *i* convenit, atque illud etiam cum eo commune habet, quod inter duas vocales positum consonans fit. *moyen*, remedium, ratio; *envoyer*, mittere; l. moje*n*, a*n*vojé. quæ & scripta reperies *moïen*, *envoïer*.

47. *Z* ut s. *azur*, color cæruleus; l. as*u*r.

48. Regula finalis est hæc, consonantes generatim (exceptis *l* & *r*, de quibus postea) in fine vocum mutas esse, nisi vocalis occurrat initio sequentis vocabuli, idque uno tractu seu eodem spiritu pronuncietur. *nous savons*, nos scimus; *ses freres*, sui fratres; *deux doigts*, duo digiti; *vingt livres*, viginti libræ; *corps mort*, cadaver; *leur respect envers Jesus-Christ*, eorum reverentia erga Christum Servatorem; l. nu ssavo*n*, sæ frer, d*æ* do*a*,

ve*n* livr, cor mor, l*œ*r refpé a*n*vér Sch*efu*-Cri. at in fequentibus revivifcunt confonantes finales, ob adhærentem fibi vocalem: *nous avons*, nos habemus; *ses amis*, fui amici; *deux horloges*, duo horologia; *vingt écus*, viginti nummi fcutati; *agreables entretiens*, jucunda colloquia; *leurs yeux*, eorum oculi; *sans artifice*, fine artificio; l. nus avó*n*, fæs amí, d*œ*s orlofch; ve*n*t *écu*, agréabls a*n*tr-tie*n*, l*œ*rs i*œ*, fa*n*s artififs. De finalibus *b, d, f, g, m, n, q, x*, dictum eft fuo loco fupra.

49. *L* finale paffim fonat. *martial*, martialis; *miel*, mel; *tel*, talis; l. marffial, miel tel. *Il*, ipfe, & *ils*, ipfi, fequente confonante fiunt i, fequente vocali *il* & *is*. *il court*, currit; *ils jouent*, ludunt; *il a*, habet; *ils ont*, habent; l. i cur, i fchu, il a, is o*n*.

50. *R* finale poft diphthongum, & in monofyllabis, auditur. *pour*, pro, propter; *clair*, clarus; *voir*, videre; *cœur*, cor; *par*, per; *car*, nam; l. pur, clær, v*oa*r, c*œ*r, par, car. At *Monfieur*, Dominus, Domine; l. mo*n*fi*œ*. Infinitivi in *er* & *ir* femper habent *r* mutum, fi fequatur confonans; *ir* totum auditur fequente vocali: idemque accidit nominibus in *ir*, quæ e Verbis oriuntur. *fatiguer*, fatigare; *batir la maifon*, ædificare domum; *batir une ville*, ædificare urbem; *le plaifir*, voluptas; *le repentir* pœnitentia; *plaifir innocent*, voluptas infons; l. fatigé, batí la mæfo*n*, batír *u*n vill l*e* plési, l*e* repa*n*tí, plésír inofá*n*. Silet etiam *r* in *danger*, periculum; *métier*, ars; *etranger*, externus; & fimilibus.

51. Ad Regulam Finalem pertinent nomina compofita. *Meffieurs*, Domini; *Mesdames*, Dominæ; *Mesdemoifelles*, Virgines; quorum *mes* fuum *s* amittit. l. mæfi*œ*, mædám, mædm*oa*fell.

52. *Tréma* id eft, duo puncta fupra vocalem idcirco imponitur, ut pronunciandi ambiguitas tollatur. *païs*, regio; *aiguë*, acuta; *ambiguë*, ambigua; *obeïr*, obedire; *reüffir*, eventu optato potiri; *poëfie*. poefis, poema; pé-í, ægú, a*n*bigú. obé-í, ré*u*ffi, poésí. Eandem pronunciationem alii indicant per é: *obéir*, *réuffir*, *poéfie*.

53. Literæ in meliore orthographia extinctæ, ubi in antiquioribus libris adhuc exaratæ occurrunt, ubique omittendæ funt. *acquerir*, acquirere; *maiftre*. magifter, dominus; *efcole*. fchola; *fçavant*, doctus; *connoitre*, cognofcere; *fouffrir*, pati; *battre*, cædere; *nepveu*, nepos; l. aker, mætr, écol, ffavá*n*, conætr, fufrí, batr, név*œ*. Sic, etfi legas *pourra*, poterit; *pourrois*, poffem; *pardonnera*, ignofcet; *infidellité*, infidelitas; *condamné*, damnatus; *honnoré*, honoratus: tamen pronunciabis purá, puræ, pardonerá, e*n*fidelité, co*n*dané, onoré.

54. Pe-

54. Peculiarem attentionem poſcit litera *s*, quæ e plurimis vocabulis ante conſonantes ejecta, in multis tamen jus ſuum obtinet. Catalogus eorum, in quibus hæc litera etiam nunc ſcribitur & auditur, in Peplieri Grammatica extat P. I c. 1. Sed omni erroris periculo vacabit is, qui optimos & noſtræ ætatis libros ſibi legendos ſumet, & Lexico non antiquo utetur.

55. Poemata & orationes publicæ compluribus literis ſonum concedunt, quibus eum ſermo quotidianus adimit: ibi enim etiam E alioqui mutum, & finales pleræque conſonantes pronunciantur, ſi proxime ſequatur vocalis. Exemplum addam celeberrimi Reſtalti (*Reſtaut, Principes de la Grammaire Françoiſe*) quo nemo accuratius linguam hanc perſecutus eſt:

O que d'écrits obſcurs, de livres ignorés,
Furent en ce grand jour de la poudre tirés!

O quot ſcripta obſcura & libri ignoti fuere magna illa die e pulvere protracti! l. O k*e* d'écrí obſcúr, d*e* livr*es* ignjoré *fu*r*e*t a*n* c*e* gra*n* ſchur d*e* la pudr*e* tiré:

56. Unum ſupereſt, de quo Lectorem admoneam, multas hic minutias a me prætermiſſas, non oblivione aut caſu, ſed eo conſilio, ne copia incipientes obruerem. & ſtudium diſcendi infringerem: juvat quædam ignorare principio, præſertim quæ & raro occurrunt, & uſu facilius quam regulis addiſcuntur.


EXEMPLUM.

Segaud, in Laudatione Funebri Leopoldi Ducis Lotharingiæ.

Je le vois au premier bruit d'une guerre ſainte, emporté par une ardeur bien
Shel vo*a* o premié br*u*i d'*u*n gerr ſæ*n*t, a*n*porté par *u*n ard*œ*r bie*n*
ſupérieure & au feu de l'âge, & à l'aiguillon du ſang: je le vois voler au ſecours
ſ*u*péri*œ*r e *o* ſ*œ* de l'âſch, e a l'ægwigljó*n* du ſſa*n*: ſchel vo*a* volé o ſecur
de la Religion menacée. Ni les délices d'une Cour Impériale qu'il abandonne, ni
d*e* la r*e*liſchio*n* m*e*naſé. Ni læ déliſs d'*u*n cur e*n*périal kil aba*n*dó*n*, ni
les tendreſſes d'une Reine mere dont il s' éloigne, ni la fatigue des pénibles marches
læ ta*n*dreſs d'*u*n rén mer do*n*t is élogn, ni la fatig dæ pénibl marſch
aux quelles il n'eſt point fait, ni l'horreur des périls inévitables où il court, rien
okell in é poe*n* ſæ, ni lorr*œ*r dæ périls inévitabl, u i cur, rie*n*
n'arrêet

n'arrête son rapide essor, dès que la cause de Dieu l'appelle. Il prend pour conseil
narræt son rapid essór, dé ke la cos de Diæ l'appell. I pran pur consegl
son courage, ses Lorrains pour compagnons, pour drapeau son nom, & son zéle pour
son curasch, sæ Lorræn pur conpagnjón, pur drapó son non, e son fæl pur
guide. Qui est-ce qui l'anim? qui est-ce qui l'instruit? qui est-ce qui l'arme? qui
gid. Ki é - ski laním? ki é - ski lenstrui? ki é - ski larm? ki
est-ce qui l'aguerrit? La piété.
é - ski lagærrí? La piété.

Video illum, ad primum de bello sacro rumorem, abripi ardore, & ætatis ignem, & stimulum sanguinis longe superante: avolare illum video ad opem periclitanti Religioni ferendam. Nec deliciæ palatii Cæsarei, quas derelinquit; nec amor tenerrimus Reginæ matris, à qua discedit; nec difficilium itinerum labor, cui nondum par est; nec inevitabilium, quibus occurrit, periculorum horror, nihil rapidum ejus abitum remoratur, mox ut caussa DEI vocat. Fortitudine animi pro consilio utitur: Lotharingos suos comites, suum ipsius nomen pro vexillo, cælestem ardorem pro duce habet. Quis eum animat? quis docet? quis armat? quis eum bello aptat? Pietas.



INSTI-

INSTITUTIONES
ITALICÆ.

1. Articulus definitus idem est Italis, quod nobis der & die. Masculinus *il* & *lo*, Femininus *la*, (neutro carent.) sic declinantur:

	Singularis.	Pluralis.	Singularis.	Pluralis.	Singularis	Pluralis.
Nom. & Acc.	*il*, der, den.	*i*, *li*, die.	*lo*, der, den.	*gli*, die.	*la*, die.	*le*, die.
Genit.	*del*, des.	*dei*, *de'*, der.	*dello*, des.	*degli*, der	*della*, der.	*delle*, der.
Dativ.	*al*, dem.	*ai*, *a'*, den.	*allo*, dem.	*agli*, den	*alla*, der.	*alle*, den
Ablat.	*dal*, von dem	*dai*, *da'*, von den.	*dallo*, von dem.	*dagli*, von den.	*dalla*, von der.	*dalle*, von den.

2. Articulus indefinitus est nota casuum, iis fere nominibus præponi solita, quæ apud Germanos articulum ante se nullum habent: qualia sunt nomina propria, pronomina, articulus unitatis seu ein, eine. Genitivus est *di*, Dativus *a*, Ablativus *da*: Nominativo & Accusativo caret. e. g. *le guerre di Cesare*, bella Julii Cæsaris. *a noi*, nobis. *da Parigi*, Parisiis. *un poco di pane*, ein wenig Brod. *il tetto d'una casa*, das Dach eines Hauses.

3. Hi articuli casus indicant, quibus nomina Italorum carent. Pluralis e Singulari fit mutato *a* feminino in *e*, masculino in *i*; *e*, *o*, plerumque & *io*, in *i*. *Ala*, ala: *ale*, alæ. *Profeta*, vates: *profeti*, prophetæ. *Pesce*, piscis: *pesci*, pisces. *Nodo*, nodus: *nodi*, nodi. *Figlio*, filius: *figli*, filii. *à*, *è*, *ì*, & *ù* sunt immobilia.

4. Adjectiva in *o* feminina fiunt mutato *o* in *a*. Cetera sunt generis communis.

5. Comparativus fit præposito adverbio *più*: Superlativus, præmisso articulo definito, & eodem *più*. Est & Superlativus in *issimo*. Comparativus Genitivum regit. e. g. *facondo*, facundus: *più facondo di Cicerone*: Tullio eloquentior: *facondissimo*, valde disertus: *il più facondo*, omnium disertissimus. Par est ratio in adverbiis: *presto*, cito; *più presto*, citius. *dottamente*, docte; *dottissimamente*, doctissime.

6. Verba omnia ad tres Conjugationes revocari possunt, quarum primæ Infinitivus in *are*, alterius in *ere*, tertiæ in *ire* definit. Has ipsas syllabas characteristicas si substitueris in earum locum, quas in Tabella Conjugationum mox proponam, Lexici ope significationem legitimam facile invenies. Sed hoc in Exercitatione perspicuum faciam. Nunc Verba duo

auxiliaria videamus, e quibus Itali, ut nos Germani, ceterorum omnium Verborum tempora coagmentant.

7. Conjugatio Verbi *Avere*, Habere.

	Ego:	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indicat. Præſ.	*ho,*	*hai,*	*ha:*	*abbiamo,*	*avete,*	*anno.*
Imperfect.	*avevo (eva)*	*avevi,*	*aveva:*	*avevamo,*	*avevate,*	*avevano.* *
Præt. ſimpl.	*ebbi,*	*aveſti.*	*ebbe:*	*avemmo,*	*aveſte,*	*ebbero.*
Præt. Comp.	*ho avuto,*	*hai avuto,*	*ha avuto:*	*abbiamo avuto,*	*avete avuto,*	*anno avuto.*
Plusquamp.	*avevo* &c. ut Imperfectum addito ubique *avuto.*					
Futurum.	** *averò,*	*averai,*	*averà:*	*averemo,*	*averete,*	*averanno.*
Imperativ.		*abbi:*		*abbiamo,*	*abbiate.*	
Conj. Præſ.	*abbia,*	*abbi (abbia)*	*abbia:*	*abbiamo,*	*abbiate,*	*abbiano.*
Imperf. I.	*aveſſi,*	*aveſſi,*	*aveſſe:*	*aveſſimo,*	*aveſte,*	*aveſſero.*
Imperfect. II.	** *averei,*	*avereſti,*	*averebbe (averia):*	*averemmo,*	*avereſte,*	*averebbere (iano).*
Præteritum.	*abbia* &c. ut Præſens, addito ubique *avuto.*					
Plusquamp.	*aveſſi* &c. ut Imperf. I, addito ubique *avuto.*					
Futurum.	*averò* &c. ut Futurum Indicativi, addito ubique *avuto.*					

Infinitivi Præſens. *avere.* Præterit. *avere avuto.* Particip. Præſentis, *avendo*; Præteriti, *avendo avuto.* Supinum. *avuto.*

* Sæpe in hoc Tempore omittitur alterum *v*, ſcribiturque *avea, aveano.*
** In utroque horum Temporum paſſim omittitur *e* poſt *v*: *avrò, avrai* &c. *avrei, avreſti* &c.

8. Conjugatio Verbi *Eſſere*, Eſſe.

	Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indicat. Præſ.	*ſono,*	*ſei,*	*è:*	*ſiamo,*	*ſiete (ſete)*	*ſono.*
Imperfect.	*era (ero)*	*eri,*	*era:*	*eravamo (eramo)*	*eravate (erate)*	*erano.*
Præter. ſimpl.	*fui,*	*fuſti (foſti)*	*fu:*	*fummo.*	*fuſte (foſte)*	*furono.*
Præt. Comp.	*ſono ſtato,*	*ſei ſtato,*	*è ſtato:*	*ſiamo ſtati,*	*ſiete (ſete) ſtati,*	*ſono ſtati.*
Plusquamp.	*era (ero) ſtato,*	*eri ſtato,*	*era ſtato:*	*eravamo (amo) ſtati,*	*eravate (ate) ſtati,*	*erano ſtati.*
Futurum,	*ſarò,*	*ſarai,*	*ſarà:*	*ſaremo,*	*ſarete,*	*ſaranno.*
Imperativus.		*ſii (ſia):*		*ſiamo,*	*ſiate,*	
Conjunct. Præſ.	*ſia,*	*ſia (ſii)*	*ſia:*	*ſiamo,*	*ſiate,*	*ſiano (ſieno, ſiino).*
Imperfect. I.	*foſſi (fuſſi)*	*foſſi (fuſſe)*	*foſſe (fuſſe):*	*foſſimo (fuſſimo)*	*foſte (fuſte)*	*foſſero (fuſſero)*

Imper-

	Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Imperfect, II.	ſarei,	ſareſti,	ſarebbe (ſaria):	ſaremmo,	ſareſte,	ſarebbero. eb-bono, iano).
Præteritum.	ſia ſtato,	ſii (ſia) ſtato,	ſia ſtato:	ſiamo ſtati,	ſiate ſtati,	ſiano &c. ſtati.
Plusquamp.	foſſi (fuſſi &c. ſtato),	foſſi ſtato,	foſſe ſtato:	foſſimo ſtati,	foſte ſtati,	foſſero ſtati.
Futurum.	ſarò ſtato,	ſarai ſtato,	ſarà ſtato:	ſaremo ſtati,	ſarete ſtati.	ſaranno ſtati.

Infinitivi Præſens. *eſſere.* Præter. *eſſere* ſtato. Particip. Præſentis, *eſſendo* (*ſendo*); Præteriti, *eſſendo ſtato.* Supinum. *ſtato.*

9. Tabella III Conjugationum.

		Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indicativi Præſens.	1	*o*	*i*	*a:*	*iamo*	*ate*	*ano.*
	2	*o*	*i*	*e:*	*iamo*	*ete*	*ono.*
	3	*o* (*iſco*)	*i* (*iſci*)	*e:*(*iſce*):	*iamo*	*ite*	*ono* (*iſcono*).
Imperfect.	1.	*ava*(*avo*)	*avi*	*ava:*	*avamo*	*avate*	*avano.*
	2.	*eva* (*evo*)	*evi*	*eva:*	*evamo*	*evate*	*evano.* *
	3.	*iva* (*ivo*)	*ivi*	*iva:*	*ivamo*	*ivate*	*ivano.*
Præter. ſimplex.	1.	*ai*	*aſti*	*ò:*	*ammo*	*aſte*	*arono* (*orono*).
	2.	*ei* (*etti*)	*eſti*	*è*(*ette*):	*emmo*	*eſte*	*erono* (*ettero*).
	3.	*ii*	*iſti*	*ì:*	*immo*	*iſte*	*irono.*
Præt. compoſ.		*bo*	*hai*	*ha:*	*abbiamo*	*avete*	*anno.*
		1. *ato.*	2. *uto.*	3. *ito.*			
Plusquamperf.		*avevo* (*aveva*)	*avevi*	*aveva:*	*avevamo*	*avevate*	*avevano.*
		1. *ato.*	2. *uto.*	3. *ito.*			
Futurum.	1.	*erò*	*erai*	*erà:*	*eremo*	*erete*	*eranno.* **
	2.	*erò*	*erai*	*erà:*	*eremo*	*erete*	*eranno.* ***
	3.	*irò*	*irai*	*irà:*	*iremo*	*irete*	*iranno.*
Imperativus.			1. *a:*		*iamo*	*ate.*	
			2. *i:*		*iamo*	*ete.*	
			3. *i* (*iſci*)		*iamo*	*ite.*	
Conjunctivi Præſens.	1.	*i*	*i*	*i:*	*iamo*	*iate*	*ino.*
	2.	*a*	*a*	*a:*	*iamo*	*iate*	*ano.*
	3.	*a*(*iſca*)	*a*(*i*,*iſca*	*a*(*iſca*):	*iamo*	*iate*	*ono* (*iſcano*).
Imperfect. I.	1.	*aſſi*	*aſſi*	*aſſe:*	*aſſimo*	*aſte*	*aſſero.*
	2.	*eſſi*	*eſſi*	*eſſe:*	*eſſimo*	*eſte*	*eſſero.*
	3.	*iſſi*	*iſſi*	*iſſe:*	*iſſimo*	*iſte*	*iſſero.*
Imperfect. II.	1.	*erei*	*ereſti*	*erebbe:*	*eremmo*	*ereſte*	*erebbero* vel *ebbono*, aut *iano.*
	2.***	*erei*	*ereſti*	*erebbe*(*eria*):	*eremmo*	*ereſte*	*erebbero*
	3.	*irei*	*ireſti*	*irebbe:*	*iremmo*	*ireſte*	*irebbero*

* In hoc Tempore *v* ſæpe omittitur. *credea*, credebat: *credeano*, credebant.

** Olim etiam dicebatur: *amarò*, *amarai*, *amarà* &c.

*** In duobus his connexis Temporibus *e* ante *r* frequenter ſupprimitur. *ſaprò*, ſciam. *potrà*, poterit, *potremmo*, poſſemus. *dovrebbe*, deberet.

	Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Præteritum.	*abbia*	*abbi (abba)*	*abbia:*	*abbiamo*	*abbiate*	*abbiano.*
		1. *ato.*	2. *uto*	3. *ito.*		
Plusquamp.	*avessi*	*avessi*	*avesse:*	*avessimo*	*aveste*	*avessero.*
		1. *ato.*	2. *uto.*	3. *ito.*		
Futurum.	*averò*	*averai*	*averà:*	*averemo*	*averete*	*averanno.*
		1. *ato.*	2. *uto.*	3. *ito.*		

Infinit. Præs. 1. *are.* Præter. *avere* 1. *ato.* Particip. Præs. 1. *ando.* Particip. Præt. *avendo* 1 *ato.*
2. *ere.* 2. *uto.* 2. *endo.* 2. *uto.*
3. *ire.* 3. *ito.* 3. *endo.* 3. *ito.*
Supinum. 1. *ato.* 2. *uto.* 3. *ito.*

Ad hujus Tabellæ normam conjuga *Amare, Credere, Sentire.*

10. Verbum Passivum componitur ex Verbo Auxiliari *Essere,* & Supino seu Participio. e. g. *è lodato*, laudatur. *non sarà inteso*, non intelligetur.

11. Multa Verba loco Auxiliaris *Avere* construuntur cum *Essere*, ut in germanico multa pro Auxiliari Haben assumunt Seyn. Sed id sensum non mutat. *è arrivato*, er ist angelanget. *era caduto,* er war gefallen.

12. Infinitivo sæpe utuntur pro Imperativo. *Non ti voler abusare della mia bontà,* noli bonitate mea abuti.

13. *Di, a, da, per*, ante Infinitivos Verborum sensum efficiunt vel nostris Gerundiis parem, vel ab iis non longe recedentem *Siamo in pericolo di cadere*, sumus in cadendi periculo. *questo è necessario a difendere la città*, est hoc necessarium ad urbem tuendam. *abbiamo da temere,* wir haben zu fürchten. *per dimostrare la verità*, ad demonstrandam veritatem.

14. Supinum seu Participium primæ conjugationis nonnunquam contrahitur, omisso *at. privo*, privatus, pro *privato*, *carico*, onustus, pro *caricato.*

15. Italorum Participia commode solvimus per particulas *postquam, cum, quia,* & similes. *L'avendo detto,* cum id dixisset. *vedendo lo sdegno del suo maestro,* indignationem magistri sui cum videret. *finita la guerra,* finito bello, posteaquam terminatum id bellum erat. *essendo biasimato da tutti,* quia reprehendebatur ab omnibus.

16. Verbis passim affiguntur particulæ, quæ frequentissime ultimam eorum vocalem absorbent. e. g. *voltarsi indietro*, vertere se retro, ex *voltare* & *si.* Ubi cavendum, ne ambiguitate vocabuli decipiaris: nam e. g. *auvezzati a ciò,* si primum vocabulum sit indissolubile, significat, *assuefacti ad hoc*; at si constet ex *auvezza* & *ti,* est, *assuefac te ad hoc.* Sic etiam *contentati,*

tati, *guardati*, si vocabulum unum sint, respondent nostris, contenti, custoditi; si cum Affixo conflata, idem sunt ac vergnüge dich, bewahre dich. Sæpe duo Affixa concurrunt. *voglio dirvelo*, ich will es euch sagen, ex *dire*, dicere, *ve*, vobis, & *lo*, id. Aliquando Affixa Verbis non tantum vocalem ultimam tollunt, sed etiam consonantem proximam e. g. *frapporsi*, se interponere, ex *frapporre* & *si*. *proporselo*, id sibi proponere, ex *proporre*, *se*, & *lo*.

17. Si Affixum jungitur Verbo accentum habenti in ultima, accentus omittitur, sed ejus loco prima Affixi litera duplicatur. *Fallo*, fac id, ex *fà* & *lo*. *dirassi*, dicetur, ex *dirà*, wird sagen, & *si*, man. *usocci gran carità*, magnam nobis caritatem exhibuit, ex *usò*, & *ci*. Imitantur hoc aliæ quædam particulæ, quæ ubi cum aliis coalescunt, amisso suo accentu, eorum primam literam geminant: ut, *neppure*, *nemmeno*, ne quidem; *siccome*, sicut; *appena*, vix; *appunto*, omnino, prorsus; *piuttosto*, potius: ex *nè sì*, *à*, *più*, & *pure*, *meno*, *come*, *pena*, *punto*, *tosto*. Euphoniæ caussa dicitur *affannianci*, pro *affanniamoci*, *m* in *n* converso: ipsi nos fastidio implemus.

18. Officii & honoris caussa usurpant pronomina *ella* & *lei*, licet ad viros scribant, intelligendo *Vossignoria Excellenza &c.* Vestra Dominatio, Vestra Excellentia.

De usu Lexicorum, & Spicilegii nostri.

19. Apostrophus significat deesse vocalem. *anch'egli*, etiam ipse: pro *anche*. *dev'esser costretto*, debet cogi: pro *deve*. *un DIO fatt'uomo*, *DEUS* homo factus; pro *fatto*. sic *l'* pro *la*, *lo*; *dell'*, *all'*, *dall'*, pro *della*, *dello*, *alla*, *allo*, *dalla*, *dallo*. *gl'*, *degl'*, pro *gli*, *degli*. *d'* pro *di* aut *da*. *s'* pro *se* & *si*. Quæ si integra quærantur, in Lexicis aut Spicilegio reperientur.

20. Etiam absque Apostropho in fine vocabulorum *e* & *o* frequentissime omittuntur. *Signor*, dominus; *finir*, finire; *zecchin*, nummus aureus Venetus; pro *signore*, *finire*, *zecchino*. *a* & *i* raro auferuntur. *or*, *ognor*, *ancor*, pro *ora*, *ognora*, *ancora*. *Questi sono i Magnati maggior di tutti*, hi sunt Proceres omnium primi, pro *maggiori*.

21. Cum ante vocalem ultimam consonantes duæ inter se similes occurrunt, sæpe illarum altera simul cum vocali decerpitur. *an*, *dan*, *van*, *pervertiran*, pro *anno*, habent, *danno*, dant, *vanno*, eunt, *pervertiranno*, pervertent. *scior*, *por*, pro *sciorre*, solvere, *porre*, ponere. poetice *correm* pro *corremmo*, colligeremus. Hæc ergo qui desiderat, integra inquirat necesse est.

22. Literam *h* passim in iisdem vocabulis alii scribunt, omittunt alii. Quare altero non invento, ad alterum recurres.

23. Sæpe trajiciunt literas *ng*, scribuntque promiscue *giungere* & *giugnere*, *spinegere* & *spignere*, aliaque similia.

24. *Z* & *t* ante duas vocales item promiscue usurpabatur olim, *grazia* & *gratia*.

25. Nomina in *aro* pro arbitrio etiam per *aio* finiuntur. *Gennaro, Febraro*, vel *Gennaio, Febraio*.

26. Nomina in *a*, quæ articulus *le* præcedit, a singulari *o* proveniunt. *le dita, le uova* &c. a *dito, uovo*.

27. Vocabulis, quæ inchoantur ab *s* duro (seu a duabus consonantibus, quarum prior est *s*), euphoniæ gratia persæpe *i* præfigitur. *l'istesso, con istudio*. quære *stesso, studio*. Contra quidam initio eandem vocalem recidunt, scribuntque e.g. *gl'impieghi, alla'nsinta, tutto'l mondo*, pro *impieghi, insinta, il*.

28. Sæpissime inter *c* ac *g* & *e* vel *i* anaphoniæ servandæ gratia *h* intercedit, quod in vocabuli stirpe non reperitur. *bocche*, *laghi, pagherò*, *rechi*, quære *bocca, lago, pagare*, *recare*.

29 Si vocalis accentu alias notari solita, scribatur forma majore, accentus loco signatur apostropho. *O' Penitenza! O' inferno!* Aut pœnitentiam (elige) aut inferos! nam *ò* est *aut, vel*.

30. Nomina Italica, quod crebro accidit, nunc incrementum, nunc diminutionem capiunt. Incrementum indicat exitus in *one*, *accio, accia*; imminutionem terminatio in *ino*, *ina, etto, etta*, *ello*, *ella, uccio*, *uccia, uzzo, uzza, olo, uolo, cciuolo, cciuola*, *onzolo*. e.g. *tronco*, stirps: *troncone*, ingens truncus. *la casa*, domus: *il casone*, magnum ædificium. *libro*, liber: *libraccio*, magnus (& malus) liber. *buco*, foramen: *bucolino*; foramen exiguum. *bugia*, mendacium: *bugietta*, mendaciolum. *laccio*, laqueus: *lacciuolo*, funiculus. *libro, libretto*, libellus. *medico*, medicus: *mediconzolo*, vilis medicus. &c.

31. Adverbia ab adjectivis formantur addendo *mente*, ut *manifestamente*, manifesto; *dottissimamente*, doctissime; *ottimamente*, optime; a *manifesto, dottissimo, ottimo*.

32. Si Composita in Lexico desint, quærenda Simplicia. Id quo expeditius fieri possit, Catalogum Particularum omnium, quas Verbis præfigunt, ad Spicilegii calcem reperies. Fit nonnunquam in italico, quod in latino, ut Compositum a Simplici paulum recedat, facile tamen agnoscendum. e.g. *comprimere, deprimere*, a *premere*; *dirigere*, ab *reggere*. Ut copiæ parcerem, inusitatas quasdam stirpes in Spicilegio posui, ut *durre*,

re, *sumere*, *cidere*, ne composita, quæ multa sunt, singillatim cogerer annumerare.

38. Supersedere quærendi labore licebit sæpissime, si hæc observes. Latinorum *l* post *b*, *c*, *f*, & *p*, ab Italis in *i* plerumque mutatur. Sic *Bibbia*, Biblia: *chiave*, clavis: *fiore*, flos: *piano*, planus. Latinorum *ct* & *pt* in duplex *t* convertitur. *frutto*, fructus. *scritto*, scriptus. *Ettore*, Hector. *Ph* & *x* in *f* & *s* aut *ss* transeunt. *Filosofia*, Philosophia. *Orfeo*, Orpheus. *Fetonte*, Phaethon. *Serse*, Xerxes. *Massimo*, Maximus. Consonanti nostræ *j* præponunt *g*. *giudicare*, judicare. *Giobbe*, Job. *Giesù* vel *Gesù*, Jesus. Jam, Lector Candide, omissis ceteris omnibus, quæ hic subjicio, ad Exercitationem transgredere, quam post Spicilegium & Particularum Catalogum habes.

De vocabulis poeticis.

34. Articulum definitum poetæ veteres separabant *de la*, *de lo*, *de le*, *de li*, *ne la*, pro *della*, *dello*, *delle*, *dei*, *nella*.

35. Vocabulis, quorum ultima syllaba accentu notatur, poetæ addunt *de*, omisso accentu. *etade* pro *età*, *virtude* pro *virtù*.

36. In fine nominum pro *elli* & *egli* ponunt *ei*. *augei*, *bei*, *capei*; pro *augelli*, *belli*, *capelli*. sic & *cavai*, pro *cavalli*.

37. Personam tertiam singularem Præteriti simplicis formant in *eo* & *io*, pluralem vero in *ar*, *ir*, *ur*, *aro*, *iro* *orno*. e. g. *cadeo*, cecidit. *empio*, implevit. *morio*, mortuus est. *amar*, *amaro*, *amorno*, amarunt. *gir*, iverunt. *fur*, fuerunt.

6. Verborum tres sunt Conjugationes, quæ terminatione Infinitivi tanquam Characteristica discerni possunt. Primæ Infinitivus in *ar*, secundæ in *er*, tertiæ in *ir* desinit. Antequam Conjugationum Tabella exhibeatur, Verba auxiliaria *Habere* & *Esse* proponam, e quibus Hispani, ut Germani, Galli, Itali, aliique, Verborum tempora conficiunt. Habere significat *Aver* seu *Haver*, & *Tener*; Esse, *Ser*, & *Estar*. Verum ne copia lectorem obruam, solo *Aver* & *Ser* contentus, duo reliqua in Spicilegium differo, suo tempore illic facile reperienda. In Tabella Conjugationum, ut in

Gallicis & Italicis feci, ſolas pono terminationes, in quarum locum ſi Characteriſticam Verbi (perfecti, ſeu regularis) ſubſtituas, ejusdem ſignificationem interprete Lexico deprehendere proclive eſt. Sic ſi e. g. legas *pindaredes*, in Conjugationum Tabella terminatio *aredes* quærenti ſe offeret in Futuro Conjunctivi, ſub perſona ſecunda pluralis numeri, in ſerie 1, ſeu Conjugatione prima. Hujus ergo Characteriſticam *ar* loco *aredes* animo concipe, & habebis *pintar*. Lexicon quodvis docebit, *pintar* eſſe noſtrum *pingere*. Unde nullo negotio efficitur, vocabulo *pintaredes* reſpondere ex Futuro Conjunctivi latinum *pinxeritis*. Eodem modo invenies, *juzgad* eſſe noſtrum *judicate*: quoniam *ad* ſecunda perſona pluralis eſt in Imperativo Conjugationis primæ, & *ad* in *ar* Characteriſticam mutato, prodit *juzgar*, quod *judicare* ſignificat.

7. Conjugatio Verbi *Aver*, Habere.

	Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indicat. Præſ.	*he,*	*has,*	*ha:*	*avemos (hemos)*	*aveis (heis)*	*han.*
Imperfect.	*avia*	*avias,*	*avia:*	*av amos,*	*aviades,*	*avian.*
Præt. ſimpl.	*uve*	*uviſte,*	*uvo:*	*uvimos,*	*uviſtes,*	*uvieron.*
Præt. Comp.	*he avido,*	*has avido,*	*ha avido,*	*avemos (hemos) avido,*	*aveis (heis) avido,*	*han avido.*
Plusquamp.	*avia avido,*	*avias avido,*	*avia avido:*	*aviamos avido,*	*aviades avido,*	*avian avido.*
Futurum.	*avrè,*	*avràs,*	*avrà:*	*avremos,*	*avreis,*	*avràn.*
Imperativ.		*ave:*		*ayamos,*	*aved.*	
Conj. Præſ.	*aya,*	*ayas,*	*aya:*	*ayamos,*	*ayais,*	*ayan.*
Imperf. I.	*uvieſſe,*	*uvieſſes,*	*avieſſe:*	*uvieſſemos,*	*uvieſſedes,*	*uvieſſen.*
Imperf. II.	*uviera (avria.)*	*uvieras (avrias.)*	*uviera (avria):*	*uvieramos (avriamos.)*	*uvierades (avriades.)*	*uvieran (avrian.)*
Præteritum.	*aya avido,*	*ayas avido,*	*aya avido:*	*ayamos avido,*	*ayais avido,*	*ayan avido.*
Plusquamp.	*uvieſſe,*	*uviera* &c. ut Imperf. I. & II. addito ubique *avido.*				
Futurum.	*uviere,*	*uvieres,*	*uviere:*	*uvieremos,*	*uvieredes,*	*uvieren.*

Infinitivi Præſens. *aver.* Præterit. *aver avido.* Particip. Præſentis. *aviendo.* Præteriti. *aviendo avido.* Supinum. *avido.*

8. Con-

8. Conjugatio Verbi *Ser*, Eſſe.

	Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indicat. Præſ.	*ſoy,*	*eres,*	*es:*	*ſomos,*	*ſois,*	*ſon.*
Imperfect.	*era,*	*eras,*	*era:*	*eramos,*	*erades,*	*eran.*
Præter.ſimpl.	*fui,*	*fuiſte,*	*fue:*	*fuimos,*	*fuiſtes,*	*fueron.*
Præt.Comp.	*he ſido,*	*has ſido,*	*ha ſido:*	*avemos ſido,*	*aveis ſido,*	*han ſido.*
Plusquamp.	*avia ſido,*	*avias ſido,*	*avia ſido:*	*aviamos ſido,*	*aviades ſido,*	*avian ſido.*
Futurum.	*ſerè,*	*ſeràs,*	*ſerà:*	*ſeremos,*	*ſereis,*	*ſeràn.*
Imperativus.		*ſei* (*ſe*);		*ſeamos,*	*ſed.*	
Conjunct.Præſ.	*ſea,*	*ſeas,*	*ſea:*	*ſeamos,*	*ſeais,*	*ſean.*
Imperfect. I.	*fueſſe,*	*fueſſes,*	*fueſſe:*	*fueſſemos,*	*fueſſedes,*	*fueſſen.*
Imperfect. II.	*fuera* (*ſeria*)	*fueras* (*ſerias*)	*fuera* (*ſeria*):	*fueramos* (*ſeriamos*)	*fuerades.* (*ſeriades*)	*fueran.* (*ſerian*).
Præteritum.	*aya ſido,*	*ayas ſido,*	*aya ſido:*	*ayamos ſido,*	*ayais ſido,*	*ayan ſido.*
Plusquamp.	*uvieſſe,*	*uviera* &c. ut Imperf. I & II § 7, addito ubique *ſido.*				
Futurum.	*fuere,*	*fueres,*	*fuere:*	*fueremos,*	*fueredes,*	*fueren.*

Infinitivi Præſens. *ſer.* Præterit. *aver ſido.* Particip. Præſentis. *ſiendo*; Præteriti. *aviendo ſido.* Supinum. *ſido.*

9. Tabella III Conjugationum.

		Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indicativi Præſens.	1.	*o.* -	*as* -	*a:*	*amos* -	*ais* -	*an.*
	2.	*o*	*es*	*e:*	*emos*	*eis*	*en.*
	3.	*o*	*es*	*e:*	*imos*	*is*	*en.*
Imperfect.	1.	*ava* -	*avas* -	*ava:* -	*avamos* -	*avades* -	*avan.*
	2.	*ia*	*ias*	*ia:*	*iamos*	*iades*	*ian.*
	3.	*ia*	*ias*	*ia:*	*iamos*	*iades*	*ian.*
Præter.ſimplex.	1.	*è* -	*aſte* -	*ò:* -	*amos* -	*aſtes* -	*aron.*
	2.	*ì*	*iſte*	*iò:*	*imos*	*iſtes*	*ieron.*
	3.	*ì*	*iſte*	*iò:*	*imos*	*iſtes*	*ieron.*
Præt. compoſ.		*he* -	*has* -	*ha:* -	*avemos* - (*hemos*)	*aveis* - (*heis*)	*han.*
		1. *ado.*	2. *ido.*	3. *ido.*			
Plusquamperf.		*avia* -	*avias* -	*avia* -	*aviamos* -	*aviades* -	*avian.*
		1. *ado.*	2. *ido.*	3. *ido.*			
Futurum.	1.	*arè* -	*aràs* -	*arà:* -	*aremos* -	*areis* -	*aràn.*
	2.	*erè*	*eràs*	*erà:*	*eremos*	*ereis*	*eràn.*
	3.	*irè*	*iràs*	*irà:*	*iremos*	*ireis*	*iràn.*
Imperativus.			1. *a:*	- -	*emos* -	*ad.* -	
			2. *e:*		*amos*	*ed.*	
			3. *e:*		*amos*	*id.*	

		Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Conjunctivi Præſens.	1.	*e* -	*es*	*e:* -	*emos* -	*eis* -	*en.*
	2.	*a*	*as*	*a:*	*mos*	*ais*	*an.*
	3.	*a*	*as*	*a:*	*amos*	*ais*	*an.*
Imperfect. I.	1.	*aſſe* -	*aſſes*	*aſſe:* -	*aſſemos* -	*aſſedes* -	*aſſen.*
	2.	*ieſſe*	*ieſſes*	*ieſſe:*	*ieſſemos*	*ieſſedes*	*ieſſen.*
	3.	*ieſſe*	*ieſſes*	*ieſſe:*	*ieſſemos*	*ieſſedes*	*ieſſen.*
Imperfect. II.	1.	*ara* -	*aras* -	*ara*	*aramos*	*arades*	*aran*
		(*aria*)	(*arias*)	(*aria*:	(*ariamos*)	(*ariades*)	(*arian*).
	2.	*iera* -	*ieras*	*iera*	*ieramos*	*ierades*	*ieran*
		(*eria*)	(*erias*)	(*eria*:	(*eriamos*)	(*eriades*)	(*erian*).
	3.	*iera* -	*ieras*	*iera*	*ieramos*	*ierades*	*ieran*
		(*iria*)	(*irias*)	(*iria*):	(*iriamos*)	(*iriades*)	(*irian*).
Præteritum.		*aya* -	*ayas* -	*aya* -	*ayamos* -	*ayais* -	*ayan.*
		1. *ado.* -	2. *ido.*	3. *ido.*			
Plusquamperfect.		*uvieſſe*,	*uviera* &c.	ut Imperf. I. & II.	§. 7, addito ubique		
		1. *ado.*	2. *ido.*	3. *ido.*			
Futurum.	1.	*are* -	*ares* -	*are:* -	*aremos* -	*aredes* -	*aren.*
	2.	*iere*	*ieres*	*iere:*	*ieremos*	*ieredes*	*ieren.*
	3.	*iere*	*ieres*	*iere:*	*ieremos*	*ieredes*	*ieren.*
Infinitivi Præſens.	1.	*ar*	Præter. *aver*	1. *ado.*	Particip.	Præſentis.	1. *ando.*
	2.	*er.*		2. *ido.*			2. *iendo.*
	3.	*ir.*		3. *ido.*			3. *iendo:*
		Præteriti. *aviendo*	1. *ado.*	2. *ido.*	3. *ido.*		
		Supinum.	1. *ado.*	2. *ido.*	3. *ido.*		

Ad hujus Tabellæ normam conjuga *Hablar*, loqui, *Reſponder*, reſpondere, *Añadir*, adjungere.

10. Paſſivum fit, cum ante ſupinum ſeu participium Verbi ponitur auxiliare *Ser*, ut *es amado*, amatur; *ſomos amados*, amamur.

11. Quod multa Verba loco auxiliaris *Aver* conſtruantur cum *Ser*, in interpretanda ſententia nihil impedit.

12. Quorum Infinitivus terminatur ſyllaba *ſcer* , ſeu quod idem eſt, *cer*, in prima perſona Præſentis Indicativi habent *ſco* ſeu *zco* ; in Præſenti autem Conjunctivi perſonas ſingularis numeri formant in *ſca* vel *zca* , *ſcas* vel *zcas*, *ſca* vel *zca ;* pluralis in *ſcamos*, *ſcais*, *ſcan*, vel *zcamos*, *zcais*, *zcan*. e. g. *pareſca*, appareat, videatur, vel *parezca*, a *parecer*. *ſe reconozcan* vel *reconoſcan*. agnoſcant ſe, a *reconocer* ſeu *reconoſcer*. *merezco* vel *mereſco*, mereor, a *merecer* ſeu *mereſcer*.

13. Quorum Infinitivus in *zir* deſinit, primam perſonam ſingularem Præſentis Indicativi, & totum Præſens Conjunctivum per *zg* flectunt. *intro-*

troduzir, introducere: *introduzgo*, introduco: *introduzga, as, a*; introducam, as, at: *introduzgamos, ais, an;* introducamus, atis, ant.

14. *De, a, por, para*, ante Infinitivos Verborum sensum gignunt nostris Gerundiis vel parem, vel affinem. *el motivo de creer*, ratio credendi. *esto es para cenar*, hoc ad cœnandum servatur. *por impedir mi desseo*, ad impediendum desiderium meum.

15. Verba *Aver* & *Tener* ante Infinitivos, vel nudos, vel particula *de* munitos, eandem vim habent, quam nostrum Futurum. *he de ir, tengo de ir*, ibo. *no ha de ser quanto esperas*, non erit (tantum) quantum expectas. *ten cuidado de los pobres, y tener lo ha de ti Dios:* suscipe curam pauperum, & curam tui habebit DEus.

16. Participia explicare licet per particulas *dum, cum, quia, postquam* &c, e. g. *no podiendo acabar, passè a* ... cum finire non possem, transii ad .... *promulgada la ley, dixo el Emperador*.... promulgata lege, dixit Cæsar &c.

17. Participia Præsentis *do* in *te* mutato fiunt nomina. *amante, filosofante, governante*, amator, philosophus, gubernator; ex *amando, filosofando, governando*.

18. Sæpe Verbis adduntur Affixa, ita ut ex Verbo & Pronomine unum vocabulum conflетur. *lealos*, legat illos: ex *lea* & *los*. Affixis accedentibus, ultima Verbi litera nonnunquam abjicitur, mutatur, transfertur. abjicitur *d* & *s* in Imperativis: *acordaos*, erinnert euch, pro *acordad*. *andemonos*, auferamus nos, abeamus, pro *andemos*. mutatur *r* Infinitivi in *l*: *veello*, videre illum vel illud; *hazello*, id facere; *dezille*, ei dicere; pro *veer, hazer, dezir*. transfertur post primam Affixi literam in Imperativo: *veeldos*, videte illos; *dezilde*, dicite ei; *hazeldo*, id facite; pro *veedlos, dezidle, hazedlo*.

19. Pronomina emphasis caussa geminant. *no se husca a si*, non quærit se ipsum. *a si mesmo si condena*, se ipse damnat. *grande es, a quien ni la felicidad le desvanece, ni la adversidad le deslustra*, magnus est, quem nec felicitas extollit, nec infelicitas obscurat: ubi pronomini relativo *quien* additur *le*. Cum aliis quoque nominibus reperitur pronomen, solius elegantiæ, non sensus gratia appositum. e. g. *mandote Dios a Moyses esta ceremonia*, ritum hunc DEus Moysi mandavit. *se quieres saber la razon, el Autor se la diò al Letor*, rationem si nosse cupis, eam Auctor Lectori exposuit. Vides etiam ex his exemplis (*a si, o quien*), id quod Hispanis est frequentissimum, particulam *a*, Dativo (§1 & 2) per se debitam, Accusativo quoque jungi solere.

20. Adverbia passim fiunt ex adjectivis, addendo *mente*. *sabiamente*, sapienter; a *sabio*, sapiens. *delgadamente*, delicate; a *delgado*, delicatus.

De usu Lexicorum, & Spicilegii nostri.

21. *De* sæpe coalescit cum pronominibus, quorum prima litera est *e.* ut *deste*, hujus: *dessos*, horum: *del*, ejus (hominis): *dello*, ejus (rei): pro *de este*, *de essos*, *de el*, *de ello*.

22. Litera *h* in multis promiscue usurpatur vel omittitur, in ipso adeo Verbo auxiliari *Aver*, & *Haver*, *uviere* & *huviere* &c. Sic & promiscuæ sunt in non paucis literæ *b* & *v*, *z* & *c*, *i* & *y*, e. g. *bolver*, aut *volver*, *cubrir* & *cuvrir*, *placer* & *plazer*, *leido* aut *leydo* &c. Itaque si horum alterum non reperias, alterum investigabis.

23. Ex *ct*, *pt*, *sc*, prior litera sæpe omittitur. Ita scribitur *docto* & *doto*, *Escriptura* & *Escritura*, *acontecer* & *acontescer*.

24. *O* & *ue*, *e* & *ie*, *i* & *e*, apud Hispanos cognatæ sunt literæ. Igitur si eorum alterum non occurret, altero utere, quod innumeris hæsitationibus te expediet. Sic si legas *duermo*, dormio, *contiendo*, contendo, *sigue*, sequitur: in Lexico non reperies verba hæc, nisi cognatas substitueris, & *dormir*, *contender*, *seguir*, quæsieris.

25. In Nominibus & Verbis anaphoniæ gratia sæpe litera *c* in *qu*, & g in *gu* mutatur. *rico*, dives: *riquissimo*, ditissimus. *sacar*, protrahere: *saquè*, protraxi. *negar*, negare: *neguemos*, negemus.

26. Hispanorum Diminutiva in *illo*, *ico*, *uelo*, *ejo*, *ito*, & *eta* desinunt. e. g. *muchacho*, puer: *muchachillo*, puerulus. *cosa*, res: *cosilla*, res exigui momenti. *asno*, asinus: *asnico*, asellus. *hijo*, filius: *hijuelo*, filiolus, *hijuela*, filiola. *baril*, dolium: *barilejo*, dolium minoris formæ. *pequeño*, parvus: *pequeñito*, parvulus. *camara*, cubiculum: *camareta*, cubiculum angustum. Nonnunquam intercedit levis aliqua accessio, aut mutatio. e. g *Rey*, Rex. *Reyezuelo*, Regulus. *cuerpo*, corpus. *cuerpezuelo*, corpusculum. *necio*, hebes, obtusus: *necuelo*. *loco*, delirus: *loquillo*, *loquilla*.

27. Si Composita in Lexico non reperiantur, ad Simplicia converti necesse erit: quæ ut agnoscantur citius, attexam Spicilegio Catalogum Particularum, unde sua Hispani Composita ordiuntur.

28. Ingenti vocabulorum numero ut Spicilegium meum exonerem, Tabellam hanc præmitto, quæ certorum Temporum affinitatem docebit, constituta veluti stirpis loco secunda persona singulari Præteriti simplicis. ea in *ste* desinit, ac tria Conjunctivi Tempora sic progenerat.

Muta-

Mutato *ste* in *sse* vel *esse*, oritur Imperfectum I Conjunctivi.
— — *ra* vel *era*, — Imperfectum II ejusdem.
— — *re* vel *ere*, — Futurum Conjunctivi.

Sic ex *hablaste*, locutus es, nascuntur *hablasse* ac *hablara*, loquerer, & *hablare*, locutus fuero; ex *leiste*, legisti. *leiesse* ac *leiera*, legerem, & *leiere*, legero. Jam, Lector Benevole, brevitatis ergo Spicilegium cum Particularum Catalogo transili, & ad ipsam Exercitationem accede.

SPICILEGIUM

eorum, QUÆ IN LEXICIS reperiri non solent.

A.

A. 1. articulus indefinitus dativi. § 2. 2. ante Infinitivos Verborum. § 14. eo revocari potest hic loquendi modus: *a no saber yo su sciencia, le tuviera por necio*: nisi scirem doctrinam hominis, imperitum eum existimarem. 3. pro *ha*, habet.

Abierto, Supinum. ab *abrir*, aperire.

Absorto, Supinum. ab *absorber*, absorbere.

Absuelto, Supinum. ab *absolver*, absolvere.

Anduve, *anduviste*, *anduvo*: *imos*, *istes*, *ieron*. ivi, ivisti, ivit: ivimus, iistis, ierunt. ab *andar*.

Aquella, illa, illam. *aquellos*, illi, illos. *aquello*, illud.

Aquelotro, alter ille, alterum illum; alterum illud.

Aquessa. hæc. ista; hanc, istam. *aquessos*, hi, isti; hos, istos. *aquesso*, hoc, istud.

Aquesta, ista, istam. *aquestos*, isti, istos. *aquesto*, istud.

Ay, est, sunt; adest, adsunt. e. g. *ay buenas nuevas*, adsunt bona nova. *no ay otro remedio*, non est remedium aliud.

B.

Benito, Benedictus.

B. L. M. in epistolarum clausulis; pro *Beso Las Manos*, osculor manus.

Buelto, Supinum. a *bolver*, vertere.

C.

Cabrè &c. Futurum. *Cabria* &c. Imperfect. Conjunctivi. a *caber*, capere, obtingere, capere se capi.

Catalina, Catharina.

Caygo, cado: *cayga*, &c. cadem, as, at &c. a *caer*.

Cien.

Cien, centum.
Cojo, colligo: *coja* &c. colligam, as, at &c. a *coger*.
Colijo ſeu *Collijo*, colligo, conjicio: *colija* &c. ſeu *collija* &c. colligam, conjiciam &c. a *coligir*, *colligir*, ſeu *colegir*.
Comigo, mecum.
Con ſigo, ſecum: *con tigo*, tecum.
Cubierto, Supinum. a *cubrir*. tegere.
Cupe, cupiſte, cupo: *cupimos, iſtes, ieron*: Præterit. ſimplex. a *caber*, de quo ſupra.

D.

Dè, *des*, *dè*: *demos*, *deis*, *den*. dem, des, det: demus, detis, dent. a *dar*.
Depreſſo, Supinum. a *deprimir*, deprimere.
Deſpierto, Supinum. a *deſpertar*, excitare.
Di, dic. a *dezir*. *Dì*, *diſte*, *diò*: *dimos*, *diſtes*, *dieron*. dedi, dediſti, &c. a *dar*.
Dicho, Supinum. a *dezir*, dicere.
Diego, Didacus, Jacobus.
Dificilimo, difficillimus.
Digo, dico. *digamos*, dicamus. *diga* &c. dicam, as, at &c. a *dezir*.
Dirè &c. dicam, dices &c. *diria* &c. dicerem &c. ab eodem.
Dixe, *dixiſte*, *dixo*: *diximos*, *dixiſtes*, *dixeron*. dixi, dixiſti &c. ab eod.
Doy, do. a *dar*.
Durmamos, dormiamus. *durmiendo*, dormiens, dormiendo. *durmieſſe* &c. dormirem &c. a *dormir*: quod & in aliis Temporibus aliquoties *o* in *u* mutat.
Duxe, *duxiſte*, *duxo*: *duximos*, *duxiſtes*, *duxeron*. Præteritum ſimplex. a *duzir*, in ſe inuſitato, ſed in Compoſitis frequente.

E.

El, is, ille.
Elijo, eligo. *elija* &c. eligam, as, at &c. ab *eligir* ſeu *elegir*.
Ella, ea, illa. *ellos*, ii, illi. *ello*, id, illud.
Elotro, alter ille, alterum illum; alterum illud.
En, ante Infinitivos Verborum. cum, dum &c. *en eſcrivir yo eſte librillo*, cum libellum hunc ſcriberem.
Enrique, Henricus.
Eſcrito, Supinum. ab *eſcrivir*, ſcribere.
Eſpreſſo, Supinum. ab *eſprimir*, exprimere.
Eſſa, ipſa, ipſam. *eſſos*, ipſi, ipſos. *eſſo*, ipſum, id.
Eſſotro, *eſſotra*: alter hic, altera hæc; alterum hunc, alteram hanc.
Eſta, hæc, hanc. *eſtos*, hi, hos. *eſto*, hoc.
Eſtà, ſtat, ſta; eſt, eſto. *eſtàs*, ſtas; es. *eſtàn*. ſtant; ſunt. ab *eſtar*.
Eſtè, ſtem, ſtet; ſim, ſit. *eſtès*, ſtes; ſis. *eſtèn*, ſtent; ſint. ab eod.
Eſtevan, Stephanus.
Eſtotro, *eſtotra*, alter hic, altera hæc; alterum hunc, alteram hanc.
Eſtoy, ſum; ſto. ab *eſtar*.
Eſtuve, *eſtuviſte*, *eſtuvo*: *eſtuvimos*, *iſtes*, *ieron*. ſteti &c. fui &c. ab eodem.
Expreſſo, Supinum. ab *exprimir*, exprimere.

Fa-

F.

Fadrique, Federicus, Fridericus.
Felipe, Philippus.
Fue, fuit. nonnunquam, fui.
Fuemos, *fueste*, *fuestes*: fuimus, fuisti, fuistis.

G.

Geronimo, Hieronymus.
Gil, Ægidius.
Gran, magnus, magna.

H.

Hago, facio. *hagamos*, faciamus. *haga*, &c. faciam, as, at &c. ab *hazer*.
Harè &c. faciam, es, et &c. *haria* &c. facerem &c. ab eod.
Haz, fac. ab eod.
Hecho, Supinum. ab eod. Substantive, factum.
Hia, *hias*, *hia*, cum Infinitivis usurpantur hoc modo: *escrivirte*, *hia*, scripsissem tibi: *dezirme hias*, dixisses mihi: *hazerta hia injuria*, injuriam tibi intulisset.
Hize, *heziste*, *hizo*: *hezimos*, *hezistes*, *hizieron*. feci &c. ab *hazer*.
Hiziera &c. facerem &c *hiziere* &c. fecero. *hiziesse* &c. facerem &c. ab eod.

I.

Jago, rectius *Yago*, Jacobus.
Jamas, nunquam. si cum *siempre* conjungitur, semper.
Impresso, Supinum. ab *imprimir*, imprimere.
Jorge, Georgius.
Isabel, Isabella, Elisabetha.
Juan, Joannes.

L.

La. 1. articulus femininus, die. 2. eam.
Las. 1. articulus femininus pluralis numeri, die, 2. eas.
Le, ei (ihm, ihr), eum, eam.
Les, iis.
Lo. 1. eum. 2. ante adjectiva, *lo bueno*, das gute; *lo malo*, das böse; *lo qual*, id quod. 3. es. e. .g *no lo sabe*, er weis es nicht. 4. *lo que*, quod, id quod. *yo sè lo que diràs*, scio id quod dicturus es.
Los. 1. articulus masc. plur. die. 2. ii, illi; eos, illos.
Luys, Ludovicus.
Luzbel, Lucifer, Satanas.

M.

Mayor, major, *el mayor*, maximus: *la mayor*, maxima.
Me, mihi, me.
Mi. 1. mihi, me. 2. meus, mea; meum, meam.
Miguel, Michael.
Mis, mei, meæ; meos, meas.
Muerto, Supinum. a *morir*, mori.
Muramos, moriamur. *muriendo*, moriendo, moriens. *muriesse* &c. morerer &c. ab eod. *morir*, quod & in aliis Temporibus sæpius *u* pro *o* habet.

N.

Nos, nos, nobis, nos.
Nosotros, *nosotras*, nos.

O.

Opresso, Supinum. ab *oprimir*, opprimere.
Os, vobis, vos.
Oya &c. audiam, as, at &c. ab *oir*.
Oye, audit, audi. *oyen*, audiunt. *oyes*, audis. ab eod.
Oygo, audio. *oyga* &c. audiam, as, at &c. ab eod.

P.

Pablo, Paulus.
Para con, erga.
Pedro, Petrus.
Plego, placeo. *plega* &c. placeam &c. a *plazer*.
Pluge, plugiste, plugo: *plugimos, istes, ieron*, placui &c. ab eod.
Podrè &c. potero &c. a *poder*.
Pon, pone. a *poner*.
Pondrè &c. ponam &c. ab eod.
Pongo, pono. *ponga* &c. ponam, as, at &c. ab eod.
Por. 1. per, pro. 2. *por* ... *que*. quantumvis. e. g. *por justo que sea*, quantumvis justus sit. 3. cum Infinitivis Verborum, propter, quia &c. *por ser tan marañoso pleito*, eo quod caussa tam implicata sit. *por aver sido hombre deshonesto*, quod is homo inhonestus fuisset. eodem modo dicitur, omisso *ser*: *ensobervecerse por poderoso*, superbire potentiæ caussa.
Pornò &c. ponam, es, et &c. a *poner*.
Preso, Supinum. a *prender*, arripere, capere.
Pude, pudiste, pudo: *pudimos, istes, ieron*, potui &c. a *poder*.
Puesto, Supinum. a *poner*, ponere.
Puse, pusiste, puso: *pusimos* &c. posui &c. ab eod.

Q.

Qualesquiera, qualescunque, quicunque.
Quando menos, minimum, saltem. e. g. *passaron quando menos cinco meses*, effluxere minimum quinque menses.
Que. 1. ut, quod, quam, quia. 2. qui, quis? &c. 3. *que tal*, pro *qual*, qualis. 4. nonnunquam est pleonasmus.
Quepo, capio, capio me &c. *quepa* &c. capiam, capiar, capiam me &c. a *caber*.
Querrè &c. volam &c. *querria* &c. vellem &c. a *querer*.
Quesimos, voluimus. *quesiste, istes*: voluisti, stis. ab eod.
Quien, qui, quis? &c. *por quien*, pro quibus.
Quier, fac velis. Imperativus. a *querer*.
Quise, volui. *quiso*, voluit. *quisieron*, voluerunt. ab eod.
Quisiera &c. vellem &c. *quisiere* &c. voluero &c. *quisiesse* &c. vellem &c. ab eod.

R.

Ramon, Raymundus.
Represso, Supinum. ab *reprimir*, reprimere.
Rijo, rego. *rija* &c. regam, as, at &c. ab *regir*.

S.

Sabor, scire. *es a saber*, nimirum, videlicet.

Sabe-

Sabete. nonnunquam pro *sabe*, scito.
Sabrè &c. sciam, es, et &c. a *saber*.
Saldrè &c exibo &c. a *salir*.
Salgo, exeo. *salga* &c. exeam &c. ab eod.
Se. 1. sibi, se. 2. ante aliud pronomen, ei, iis. e. g. *se lo mandè*, imperavi id ei, vel eis. 3. **man.** *se verà todo*, apparebunt omnia, **man wird alles sehen.** *se tratan cosas notables*, aguntur res memorabiles. *notese la diferencia*, observetur differentia. 4. ab auxiliari *Ser* (§8) es, seu esto.
Sè, scio. a *saber*.
Sepa &c. sciam, as, at &c. ab eod.
Si. 1. sui, sibi, se. 2. si. 3. responsio affirmantis, ita, equidem.
Similimo, simillimus.
Suelto, Supinum. a *soltar*, solvere, laxare.
Supe, supiste, supo: supimos, istes, ieron, scivi &c. a *saber*.
Supresso, Supinum. a *suprimir*, supprimere.
Sus, sui, suæ; suos, suas; ejus, eorum, earum. Interjectio, eja! age!

T.

Te, tibi, te.
Ten, habe, tene. a *tener*.
Tendrè &c. tenebo, habebo &c. *tendria* &c. tenerem, haberem &c. ab eod.
Tengo, teneo, habeo. *tengamos*, teneamus, habeamus. *tenga* &c. teneam, habeam &c. ab eod.
Ternè &c. habebo, tenebo &c. *ternia* &c. tenerem, haberem &c. ab eod.
Ti, tibi, te.
Todo, totus, omnis. relinquit nomini sequenti articulum definitum. e. g. *todos los siglos*, omnia secula. *todo el mundo*, totus mundus.
Traxe, traxiste, traxo: traximos, istes, eron, gessi, tuli &c. a *traer*.
Traygo, gero. *trayga* &c. geram, feram, as. at &c. ab eod.
Truxe, truxiste, truxo : truximos, istes, eron, tuli, gessi &c. ab eod.
Tu, tu.
Tus, tui, tuæ: tuos, tuas.
Tuve, tuviste, tuvo: *tuvimos, istes, ieron*, tenui, habui &c. a *tener*.

U.

U, seu *ù*, pro *ò*, vel *o*, aut, seu.
Va, it. *vamos*, imus, eamus. *van*, eunt. *vas*, is. *vays*, itis. ab *andar*.
Valgo, valeo, juvo. *valga* &c. valeam, juvem &c. a *valer*.
Vaya, as, a: *vamos, vays, vayan*. eam &c. ab *andar*.
Ve, i, apage. ab *andar*.
Vè, videt, vide. a *ver* seu *veer*.
Vèn, veni. a *venir*.
Ven, vident. a *ver* seu *veer*.
Vendrè &c. veniam, es, et &c. *vendria* &c. venirem &c. a *venir*.
Vengo, venio. *venga* &c. veniam, as, at &c. ab eod.
Vernè &c. veniam, es, et &c. *vernia* &c. venirem &c. ab eod.
Vès, vides. a *ver* seu *veer*.
Vete, apage. ex *ve* & *te*.

Vide, vidi. *vido*, vidit. a *ver ſeu veer*.
Vine, veni. *vino*, *ieron*, venit, venerunt a *venir*.
V. M. pro *Vueſtra Merced*, ſeu, ut pronunciatur, *Vueſtéd*, Veſtra Dominatio.
Vos, vos, vobis, vos.
Voſotros, *voſotras*, vos.
Voy, eo. ab *andar*.

Y:

Yago, Jacobus.
Yo, ego.

CATALOGUS PARTICULARUM

quæ Verbis Compoſitis præfiguntur.

A-guardar, expectare.
Ab-uſar, abuti.
Ad-miniſtrar, adminiſtrare.
Ante-poner, anteferre.
Ar-rebañar, coacervare.
Aſ-ſaltar, invadere.
Ben-dezir, bene precari.
Bien-aventurar, fortunare.
Co-mover, commovere.
Com-partir, diſpertire.
Con-turbar, perturbare.
Contra-hazer, imitando exprimere.
Cor-regir, corrigere.
D-eſcrivir, deſcribere, exſcribere.
De-terminar, determinare.
Deſ-cubrir, detegere.
Di-fundir, diffundere.
Diſ-poner, diſponere.
E-negrecer, nigrum fieri.
Em-bolver, involvere.
En-torcer, torquere, diſtorquere.
Entre-cortar, bifariam ſecare.
Eſ-coger, eligere.
Ex-heredar, exhæredare.
Im-poner, imponere.
In-formar, edocere.
Inter-romper, interrumpere.
Intro-duzir, introducere.
Mal-uſar, abuti.
Man-tener, tueri, ſervare.
Menoſ-preciar, parvi facere.
O-poner, opponere.
Per-jurar, pejerare.
Poſ-poner, poſtponere.
Pre-deſtinar, deſtinare &c.
Preſu-poner, ponere, ſumere.
Pro-meter, promittere.
R-eſcrivir, reſcribere.
Re-quemar, iterum cumburere.
So-llevar, ſublevare.
Sob-ornar, ſubornare.
Sobre-cargar, nimis onerare.
Su-poner, ponere, ſumere.
Super-abundar, abundare.
Suſ-pender, ſuſpendere.
Tra-luzir, lucem transmittere.
Traſ-trocar, invertere,

EXERCITATIO,

ipso facto demonstrans, posse ex paucissimis his, quæ, præmisi, obviam quamque libri hispanici partem, ope Lexici, recte explicari.

Ex Hieronymi Curitæ Historia Aragoniæ, l. 20 Annal. c. 92.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
Desta suerte quedò el Rey tan bienaventurado y vitorioso con triumpho de immor-
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23.
tal memoria, y diò fin a tan santa empresa, y conquista.

Compendii gratia D. significabit *Dictionarium*, obvium qualecunque, modo non deterrimæ notæ; *Sp.* meum *Spicilegium*; § 1, § 2, &c. numerum Institutionum, quas proposui.

1) *Desta* coalescit (§ 21) ex *de* & *esta*. Sp. *esta*, hæc. *de* signum genitivi & ablativi, seu articulus indefinitus (§ 2) ante pronomen demonstrativum.

2) D. sors, eventus, ratio, modus. *hac ratione, hoc modo.* Est hic epilogus narrationis de Granatensi urbe & regno, Maurorum potestati a Ferdinando II Rege extortis.

3) D. *quedar*, manere, persistere. Characteristica *ar* (§ 6) primæ Conjugationis est: in qua (§ 9) *ò* est terminatio personæ tertiæ singularis in Præterito simplici Indicativi. *permansit.*

4) articulus definitus (§ 1.) **der.**
5) D. Rex.
6) D. tam.
7) D. felix.
8) D. &.
9) D. victor.
10) D. cum.
11) D. triumphus, *cum triumpho.* Latino more dicimus: perstitit Rex potitus triumpho.
12) articulus indefinitus (§ 2) genitivi nota.
13) D. immortalis.

14) D. memoria. Collige omnia in hanc ſententiam: *Hac ratione perſtitit Rex, tam felix, & victor, triumphi compos immortalis memoriæ.*
15) D. &.
16) Sp. Di .... *diò.* dedit.
17) D. finis. impoſuit finem.
18) articulus indefinitus (§ 2) indicium dativi.
19) D. tam.
20) D. *ſanto,* ſanctus. femininum (§ 4) *o* in *a* mutato.
21) D. actio, cæptum, negotium.
22 & 23) DD. & victoria. *Et finem impoſuit actioni & victoriæ tam ſanctæ,*

24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35
Y vieron ſus ojos lo que tantos Reyes y Principes deſſearon, de ſojuzgar un reyno
36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47
de tantas ciudades, y de infinita muchedumbre de lugares, pueſtos en tan fuertes
48 49 50 51 52 53 54 55 56
y fragoſas montañas, de cuya poſſeſſion reſultava perpetua paz, y ſeguridad a todas
57 58 59 60
las provincias de Eſpaña.

24) D. *ver,* videre. Characteriſtica *er* (§ 6) ſecundæ Conjugationis: in qua (§ 9) *ieron* eſt terminatio perſonæ ultimæ in præterito ſimplici. *viderunt.*

25) Sp. ſui, ejus. 26) D. *ojo,* oculus. pluralis (§3) addito *s.*
27) Sp. *lo que*, id quod.
28) - 30) DDD. tot Reges ac Principes pluralis (§3) addito *s* vel *es.*
31) D. *deſſear,* deſiderare. Characteriſtica *ar* (§ 6) primæ Conjug. in qua (§9) *aron* finit Præteritum ſimplex. *deſiderarunt.*
32) gerundium zu (§14.) ſie haben gewünſchet dieſes Reich zu bezwingen.
33) ſubigere.
34) D. ein. articulus unitatis. 35 - 43) DDD. regnum tot urbium, & infinitæ multitudinis locorum. *de* articulus indefinitus (§2). femininum, *o* in *a* (§4.) pluralis, addito *s* aut *es* (§3.) Verum hæc deinceps omitto.

44) Sp. ſupinum a *poner,* ponere. intelligit Auctor munitiones & caſtella, *poſita* in montibus, ut mox ſubjicit. 45 - 49) DD. in tam editis & confragoſis montibus.

50) D.

50) D. cujus. refertur ad substantivum singulare femininum *muchedumbre.* 51) D. possessio. *ex cujus possessione.* 52) D. *resultar*, oriri, nasci. Imperfectum Indicativi primæ Conjug. (§ . *nascebatur*. 53 - 60) DDD. perpetua pax & securitas omnibus Hispaniæ provinciis. *todas* post se amat articulum definitum. Sp. *Todo*. Sensus ita contexitur: *Et viderunt oculi ejus id quod tot Reges & Principes desiderarant, subigere nimirum regnum tot urbium, & infinitæ multitudinis arcium, in tam editis & confragosis montibus positarum: e cujus* (multitudinis) *possessione pax & securitas omnibus Hispaniæ provinciis nascebatur.*

61 62 63 64 65 66 67 68 69 70
Fue la fama desto muy celebrada por todos los reynos y señorios de la Christiandad:
71 72 73 74 75 76 77 78 79
y fuese estendiendo hasta las mas ultimas y remotas tierras del Turco y del Soldan,
80 81 82 83 84 85 86 87 88
con grande admiracion de la excelencia y poder de un Principe, que avia puesto
89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100
fin a una guerra tan continua y cruel, que por tantos siglos avia durado con una
101 102 103 104 105 106 107
nacion tan barbara y fiera, y tan enemiga y infiel.

61 & 65) D. *celebrar*, celebrare. Præteritum Passivi (§ 10), qood ex supino primæ (§9) & auxiliari *fer* (§8) constat. *celebrata est*. 62) D. fama. 63) Sp. *Esta . . . esto*, hoc. *de esto*, hujus (rei), coalescit (§21) in *desto*. 64) D. valde.

66 - 70) DDD. per omnia regna & ditiones christianæ gentis. *todos* cum articulo sequente, ut n. 56.

71) & 72) *fue*, fuit. (§8.) Affixum (18.) *se* pronomen. Sp. *se*, se. D. *estender*, extendere. Secundæ Conjug. (§ 9) Participium Præsentis. *extendens*. *fuit se extendens*, id est, *extendit se*. 73 - 79) DDD. usque ad ultimas omnino & remotissimas Turcæ & Sultani regiones.

80 - 85) DDD. cum ingenti admiratione excellentiæ potentiæque Principis.

86) Sp. qui. 87 & 88) Sp. *puesto*, Supinum a *poner*, ponere, imponere. *avia* cum Supino (§ 9) est plusquamperfectum Indicativi *imposuerat*. 89) D. finem. 90 - 93) DDD. bello tam continuo. & crudeli.

94) Sp. quod. videlicet, bellum. 95 - 97) DDD. per tot secula. 98 & 99) D. *durar*, durare, perseverare. Plusquamperfectum, ut n. 87. & 88.

88. 100 - 107) DDD. cum gente tam barbara & fera, tamque inimica & infideli. Summa ergo hæc eſt: *Valde celebrata eſt ejus rei fama per regna omnia ac ditiones chriſtiani orbis: extenditque ſe ad ultimas omnino & remotiſſimas Turci ac Sultani provincias, ingenti cum admiratione de excellentia potentiaque Regis, qui finem impoſuiſſet bello tam diuturno & crudeli, quod per tot ſecula geſtum erat cum gente tam barbara & fera, tamque inimica & infideli.*

EXERCITATIO ALTERA, POETICA.

Don Quevedo, Calliopes ſeu Muſæ VIII Sylva ſeptima.

1 2
El Relox de arena.

3 4 5 6 7 8
Que tienes que contar, Relox moleſto,
9 10 11 12
En un ſoplo de vida desdichada,
13 14 15 16
Que je paſſa tan preſto?
17 18 19 20 21
En un camino, que es una jornada
22 23 24 25 26
Breve, y deſtrecha de eſte al otro polo,
27 28 29 30 31 32
Siendo jornada, que es un paſſo ſolo?

1 & 2) DD. Horologium ex arena. Die Sanduhr.

3) Sp. quid. 4) D. *tener*, habere: nam quia *tiener* non reperitur, pro diphthongo ſumenda eſt vocalis cognata *e*. (§ 24) Secundæ Conjug. (§ 9) Indicativi Præſens. *habet.* 5) Sp. eſt pleonaſmus. germanice explicari poſſet per zu. 6) D. numerare. Quid habes numerare? Was haſt du zu zählen? 7 & 8) DD. horologium moleſtum! 9 - 12) DDD. in uno halitu, flatu, vitæ infelicis. 13) Sp. quæ. 14) D. *paſſar* & *paſſarſe*, præterire. Primæ Conjug. (§ 9) Præſens Indicat. *præterit.* 15 & 16) DD. tam cito.

17 & 18) DD. in itinere. Intellige, quid numeras? quid meteris? 19) Sp. quod. 20) eſt. (§ 8.) 21) D. profectio unius diei. eine Tagreiſe. 22-26) DDD.

DDD. brevis, & angusta, ab hoc ad alterum polum. 27) Verbi auxiliaris *Ser* (§8) Participium Præsentis. quare solvitur (§16), *cum sit.* 28) ut n. 21. 29 & 30) ut n. 19 & 20. *quæ est.* 31 & 32) DD. unus solum passus. *Quid habes metiri, Horologium molestum, in uno halitu vitæ miseræ, quæ tam celeriter præterit? in itinere, quod unius diei profectio est, brevis & angusta, ab hoc ad illum polum, cum profectio sit, quæ uno solum passu continetur?*

33 34 35 36 37 38 39
Que si son mis trabajos y mis penas,
40 41 42 43 44 45
No alcançaràs allà, si capaz vaso
46 47
Fuesses de las arenas,
48 49 50 51 52
Endonde el alto mar detiene el passo:
53 54 55 56 57
Dexa passar las horas sin sentirlas,
58 59 60 61
Que no quiero medirlas.

33 & 34) Sp. Sp. quod si, si vero. 35) sunt, (§8.) 36 & 38) Sp. mei, meæ. 37 & 39) DD. labores, & pœnæ. Id est: si autem labores mei & ærumnæ sunt id quod metiris.

40) D. non. 41) D. *alcançar*, pertingere. Primæ Conjug. (§9) Futurum Indicativi. *pertinges.* 42) D. eo, illuc. 43) D. si, etsi. 46) esses, (§8) 45, 44, 47) DDD. vas capax arenarum. 48) D. ubi. 49 & 50) DD. altum mare. 51) D. *detener* pro *detiener*, mutando cognatas, (§24.) cohibere, sistere. Secundæ Conjug. (§9) Indicat. Præsens. *cohibet.* 52) D. passum. *Quod si labores mei meæque ærumnæ sunt*, quod metiris, *eo non pertinges, etsi vas fores illarum arenarum capax, ad quas altum mare suum passum* (impetum) *sistit.*

53) D. *dexar*, sinere. Primæ Conjug. (§9) Imperativus. *sine.* 54 - 57) DDD. præterire horas, quin sentiam illas. *sin*, sine. Sp. *las*, eas. affixum (§18.) **ohne sie zu empfinden.**

58) Sp. quia. 59) D. non. 60) D. *querer* (permutando cognatas (§24.) nam *quierer* non invenies) velle. Secundæ Conjug. (§9) Indicat. Præsens. *volo.* 61) D. *medir*, metiri. affixum, ut n. 57. *Sine elabi horas non sentienti: neque enim metiri eas placet.*

62 63 64 65 66 67
Ni que me notifiques di essa suerte
68 69 70
Los terminos forçosos de la muerte;
71 72 73 74 75
No me hagas mas guerra,
76 77 78 79
Dexame, y nombre de piadosa cobra,
80 81 82 83 84
Que harto tiempo me sobra,
85 86 87 88
Para dormir debaxo de la tierra.

62) D. neque. Intellige ex versu proxime superiore *quiero*: neque volo. 63 & 64) Sp. Sp. ut mihi. 65) D. *motificar*, denunciare. Primæ Conjug. (§ 9) Conjunctivi Præsens: denuncies. *qu* pro *c* (§ 25) anaphoniæ gratia. 66 & 67) DD. hac ratione, hoc modo. 68 - 70) DDD. fines inevitabiles mortis. *Neque* volo, *ut hac ratione mihi significes fines* (limites) *mortis inevitabiles.*

71) D. Non. 72 & 73) Sp. Sp. mihi facias. 74) D. amplius, ultra, mehr. 75) D. bellum. *Ne mihi amplius bellum inferas.* ne molestiam mihi porro exhibeas.

76) sine me. *dexa*, ut n. 53. Sp. *me*, me. affixum (§ 18.) 77 & 78) DD. & nomen misericordis. 79) D. *cobrar*, adipisci. Primæ Conjug. (§ 9) Imperativus. *Sine me, & nomen misericordis tibi compara.*

80) Sp. nam. 81 & 82) DD. satis temporis. 83) Sp. mihi. 84) D. *sobrar*, superesse. Primæ Conjug. (§9) Indicat. Præsens. superest. 85 - 88) DDD. ad (§14) dormiendum sub terra. *Nam satis mihi temporis superest, antequam sub terra dormiam.*

89 90 91 92
No solo me apresura
93 94 95 96
La muerte, pero abreviame el camino:
97 98 99 100
Pues con pie doloroso,
101 102
Misero peregrino,
103 104 105 106
Doy cercos a la negra sepultura.

Bien

107 108 109 110 111 112
Bien sè, que soy aliento fugitivo:
113 114 115 116 117 118 119
Ya sè, ya temo, ya tambien espero,
120 121 122 123 124 125 126
Que he de ser polvo, como tu, si muero;
127 128 129 130 131 132 133
Y que soy vidro, como tu, si vivo.

89 & 90) DD. non solum. 91) Sp. me. 92) D. *apresurar*, urgere. urget, ut n. 84. 93) D. mors. 94) D. verum etiam. 95) D. *abreviar*, contrahere, breviorem facere. ut n. 84. cum Affixo (§18.) Sp. *me*, mihi. breviorem mihi facit. 96) D. viam. *Non solum urget me mors, verum etiam breviorem mihi viam efficit.*

97) D. ergo. 98) D. cum. 99-102) DDD. pede mœsto, infelix peregrinator. 103) Sp. do. a *dar*. 104) D. *dar cercos*, circuire, circum errare. 105 & 106) DD. nigrum tumulum. *Itaque tristi pede miser viator circa nigrum tumulum erro.*

107) D. bene. 108) Sp. scio. 109) Sp. quod. 110) sum, (§8.) 111 & 112) DD. halitus fugiens. 113, 115, 117) D. jam. 114) Sp. scio. 116) D. *temer*, timere. Secundæ Conjug. (§9) Indicativi Præsens: timeo. 118) D. etiam. 119) D. *esperar*, sperare. Primæ Conjug. (§9) Indicat. Præsens: spero. 120) Sp. quod. 121) *he*, habeo, (§7.) *ser*, esse, (§8.) Modus loquendi (§15) Futurum significans: ero. 122-124) DDD. pulvis, sicut tu. 125) D. si. 126) D. *morir* (§24). mori. Tertiæ Conjug. (§9) Indicativi Præsens: morior. 127) & quod. 128) sum, (§8.) 129-131) D. vitrum, sicut tu. 132) D. si. 133) D. *vivir*, vivere. ut n. 126. vivo. *Sat scio, esse me halitum fugientem: Scio jam, jam timeo, jam etiam spero, fore me pulverem, ut tu es, si morior; & esse me vitrum, ut tu es, si vivo.*

APPENDIX

De Pronunciatione Linguæ Hispanicæ,

quatenus a latina differt.

1. *B* ante vocales pronunciatur ut v, id est, sono inter f & w medio, *biuda*, vidua; *acabado*, finitus; lege viuda, acavado. Ante consonantes sonat ut nostrum b. *blanco*, albus; *hablo*, loquor; l. blanco, hablo.

2. *C* cum exigua cauda, seu *ç*, ut s. *çapato*, calceus; *lança*, lancea; l. sapato, lansa.

3. *Ce*, *ci*, ut se, si. *cedro*, cedrus; *ciego*, cæcus; *accion*, actio; l. sedro, siego, acsion.

4. *Ch* ut tsch. *dichoso*, felix; *muchacho*, puer; l. ditschoso, mutschatscho.

5. *Ge*, *gi*, ut robustum che & chi germanicum. *genero*, genus; *fragilidad*, fragilitas; l. chenero, frachilidád.

6. *Gue*, *gui*, ut ge, gi. *guerra*, bellum; *neguemos*, negemus; *guia*, viæ dux; l. gerra, negemos, gia. Excipe *antiguedad*, antiquitas; *unguento*, unguentum; *verguença*, pudor; *arguir*, arguere; cum aliquot aliis parum usitatis; l. antigwedád, ungwento, vergwensa, arguír.

7. *H* plerumque mutum est. *hombre*, homo; *honesto*, honestus; l. ombre, onesto. Aspiratio tum fit, cum hispanicum *h* ex latino *f* oritur, quod in vocabulis non paucis contingit. *hambre*, fames; *hierro*, ferrum; *hermoso*, formosus; *hablo*, loquor, a latino fabulor; *hijo*, filius; l. hambre, hierro, hermoso, hablo, hicho. Densa etiam est aspiratio in iis, quæ inchoantur ab *hue*. *huevo*, ovum; *huelgo me*, lætor; l. pleno ore; huevo, huelgo me.

8. Consonans *j* ut validum ch germanicum. *jardin*, hortus; *mejor*, melior, melius; l. chardín, mechór.

9. Duplex *l*, seu *ll*, ut *gl* Italorum, *lh* Lusitanorum, & *ll* Gallorum post *ai*, *ei*, & similes diphthongos: auditur scilicet *g* blæsum seu imperfectum (quod per *g cursivum* indico) tum l simplex, cum j consonante. *llama*, flamma: *lleno*, plenus; *cuchillo*, culter; gljama, gljeno, cutschiglio; vel pro j consonante pronuncia i vocalem, sed ita, ut cum vocali sequente in unam syllabam coeat; gliama & glieno dissyllaba; cutschiglio trisyllabum. *Illustre*, illustris, & similia latini generis, lege, atque etiam scribe, ilustre, per simplex *l*.

10. *N* cum signo *tilde*, id est *ñ*, *ut gn* Gallorum & Italorum, aut *nh* Lusitanorum: sonat nimirum *g* imperfectum seu blæsum ante literam n, & post illam j consonans. *ñudo*, nodus; *añadido*, adjunctus; *señor*, dominus, domine; gnjudo, agnjadido, segnjór; vel etiam per i vocalem, sed gniudo & segnior dissyllaba, & agniadido quatuor syllabarum.

11. *Que*, *qui*, ut ke, ki. *quemado*, ustus, combustus; *maquina*, machina; l. kemádo, mákina. Antiqua illa *quasi*, quasi: *qualidad*, qualitas; *quotidiano*, quotidianus; legenda sunt, uti & pridem scribuntur, casi, calidád, cotidiano.

12. *R*

12. *R* aspere, propemodum ut rr. *rabia*, rabies; *arrancar*, avellere, evellere; l. fere ut rrávia, arrancárr.

13. *X* ut ch austerum, quemadmodum de litera *j* & de syllabis *ge*, *gi* dictum est. *xavalí*, aper; *roxo*, ruber; *relox*, horologium; chavalí, rocho, relóch. sic & *exercito*, exercitus; *exemplo*, exemplum; *luxuria*, luxuria; l. echersito, echemplo, luchuria. In aliis autem originis latinæ vocabulis *ex* ante consonantem sonat ut es, ante vocalem ut egs vel ecs. *extenuado*, extenuatus; *examen*, examen; l. estenuado, egsamen seu ecsamen.

14. *Z* ut s. *hazer*, facere; l. haserr.


EXEMPLUM.

Guerra in Vita Serenissimæ Reginæ Mariannæ Austriacæ, Viduæ Joannis V Regis Lusitaniæ, c. 10.

Que podria yo (verba sunt ipsius Reginæ) *responder a mi Dios, y*
Re podría yo respondér a mi Diós, y
mi Señor, que me ha llenado de honor, y colmado de riquezas, si de aquellos,
mi Segnjor, ke me a gljenádo de onor, y colmádo de rikesas, si de akegljos,
a quienes por vasallos debo serles util, retirasse yo mi mano, y quando im-
a kienes por vassagljos devo serles útil, retirasse yo mi mano, y quando im-
ploran mi piedad, y carecen de todo socorro, ò los arrojasse de mi, desti-
ploran mi piedád, y caresen de todo socorro, ò los arrochasse de mi, desti-
tuidos del alivio que piden, ò de la esperança de conseguirle? . . . .
tuidos del alivio ke piden, ò de la esperansa de consegirle?

Que cosa mas digna de la Magestad, que hacer bien a los infelices? Por
Ke cosa mas digna de la Machestád, ke hasér vien a los infelices? Por
lo menos esto me enseñan muchos exemplos de Santos Reyes, y sin-
lo menos esto me ensegnjan mutschos echemplos de Santos Reyes, y sin-
gularmente Reynas, cuyo nombre y fama viviràn siempre en la eterni-
gularmente Reynas, cujo nombre y fama vivirán siempre en la eterni-
dad; no por el adorno mugeril, y lo precioso de sus joyas; no por el
dád; no por el adorno mucheríl, y lo presioso de sus chojas; no por el
luxo, y las delicias; sino por las obras de piedad, y misericordia.
lucho, y las delisias; sino por las obras de piedád, y misericordia.

Quid possem ego respondere DEO ac Domino meo, qui me implevit honoribus, & opibus cumulavit, si ab illis, quibus utpote subditis prodesse debeo, manum averterem, cumque meam pietatem implorent, & omni auxilio careant, eos a me repellerem, destitutos vel petito subsidio, vel etiam spe ejusdem consequendi? ...... Quæ demum res est Majestate regia dignior, quam bene de infelicibus mereri? Certe hoc me docent multa Sanctorum Regum, & præsertim Reginarum exempla, quarum nomen & fama semper in æternitate vivent; non propter mundum muliebrem, aut gemmas pretiosas; non luxus aut deliciarum ergo; sed ob pietatis & misericordiæ opera.



HEXAGLOTTI PRIMI
PARS II,
QUÆ
LIBROS
GRÆCOS, HEBRAICOS,
ET
CHALDAICOS,
INTRA DIEM UNUM,
SI VELIS,
INTELLIGERE ET EXPLICARE DOCET.



PRÆFATIO.

Priore hujus Bidui Parte linguas tres latinæ filias, gallicam, italicam, hispanicam, non multis paginis executus; Partem tibi alteram offero, Lector Candide, priore illa etiam breviorem, qua tres alias, græcam, hebraicam, chaldaicamque complector. Nota inter eruditos est Bohuslai nostri Balbini brevitas, qui seculo proximo græcæ linguæ præceptis ita feliciter multos imbuit, ut uno die græce scribere non tantum emendate, verum etiam ornate & copiose discerent. Id ille in suis Humaniorum Disciplinarum Verisimilibus sic narravit, ut modum tamen, quo rem effecerat, silentio præteriret. Incessit me pridem cupido experiundæ ejusdem aleæ, & compositis mecum rationibus, ipsa re docui, non intra diem unum, sed intra sextam horam perveniri eo posse, quo Balbinus deduxit, quin etiam tantillo temporis intervallo condendorum versuum artem adjeci. At nunc alia proposita meta est: non jam græce scribendi, quod pauci cupiunt; sed intelligendi celeritatem promitto, cujus rei utilitas latissime patet, sive eloquentiæ omnisque eruditionis humanæ fontes, sive Divinos Libros, Concilia, & antiquissimorum Patrum monumenta spectamus. Hujus ego scopi memor, plurimas grammaticorum minutias sciens effugio, sine quarum plena notitia græce scribi pure non potest, legi commode & utiliter potest. Hac parsimonia factum, ut rem multi laboris ac temporis ad duas tresve horas restringerem, certissimaque teste experientia fastidium in desiderium apud multos converterem. De Hebraicis & Chaldaicis quid sit mei consilii, suo loco aptius, quam hic in limine profitebor. Salve, Lector Optime, & quæsitam tuo solum commodo brevitatem experire.

INSTI-

INSTITUTIONES GRÆCÆ.

1 Græcarum literarum hæc est forma :

Α α.	Β β ϐ.	Γ γ.	Δ δ.	Ε ε.	Ζ ζ.	Η η.	Θ ϑ θ.	Ι ι.	Κ κ.	Λ λ.	Μ μ.	Ν ν.	Ξ ξ.	Ο ο.	Π π.	Ρ ϱ.	Σ σ ς.	Τ τ.	Υ υ.	Φ φ.	Χ χ.	Ψ ψ.	Ω ω.
a.	b.	g.	d.	e.	z,	ē. vulgo i.	th.	i.	k.	l.	m.	n.	x.	o.	p.	r.	ſ.	t.	hebraicum, ſive *u* gallicum. vulgo y.	ph.	ch.	pſ.	ô.

2. Spiritus aſper (῾) reſpondet noſtro *h*. e. g. ἁμα legitur *hama*. Spiritu leni (᾿) & accentibus in univerſum abſtineo : quod pace illorum dictum ſit, qui tuentur. Liceat illis, arbitratu ſuo frui ; & mihi, meo. Diſputandi neque locum feſtinatio, neque voluntatem rei parvitas mihi permittit.

Articulus. Nomen. Pronomen.

3. Græcorum articulus germanico der, die, das, eſt ſimilis. Tam ille, quam Nomina, & Verba, præter numerum ſingularem & pluralem etiam dualem habent, cum de duobus ſermo eſt. eum ego, nequid integritati deſit, addo quidem : Lector prudens rem uſus rariſſimi, quoties in Inſtitutionibus his occurret, tuto tranſiliat.

	Sing. Nom.	Gen.	Dat.	Acc.	Voc.	Dual. N. & A.	G. & D.	Plur. Nom.	Gen.	Dat	Acc.	Voc.
Maſculin.	ὁ	τȣ	τῳ	τον	ω	τω	τοιν	ὁι	των	τοις	τȣς	ω
Feminin.	ἡ	της	τῃ	την	ω	τα	ταιν	ἁι	των	ταις	τας	ω
Neutr.	το	τȣ	τῳ	το	ω	τω	τοιν	τα	των	τοις	τα	ω

Ablativo Græci carent.

4. Declinationes ſimplices quinque ſunt. IV pariſyllabæ, quinta incrementum capit.

	S. n.	g.	d.	a.	v.	D. n. a. v.	g. & d.	P. n.	g.	d.	a.	v.
I.	ας, ης.	ȣ, α	α, ῃ.	αν, ην.	α, η.	α.	αιν.	αι.	ων.	αις.	ας.	αι.
II.	α, η.	ης, ας.	ῃ, ᾳ.	ην, αν.	η, α.	α.	αιν.	αι.	ων.	αις.	ας.	αι.
III.	ος, ον.	ȣ.	ῳ.	ον.	ε, ον.	ω.	οιν.	οι, α.	ων.	οις.	ȣς, α.	οι, α.
IV.	ως, ων.	ω.	ῳ.	ων.	ως, ων.	ω.	ῳν.	ῳ, ω.	ων.	ῳς.	ως, ω.	ῳ, ω.
V.	multiplex.	-ος.	-ι	-α, ν neutris ut n.	multiplex.	-ε.	-οιν.	-ες, -α.	ων.	σι, -ξι, -ψι, εσι, ȣσι.	-ας, -α.	-ες -α.

Explico

Explico Tabellæ usum. Legis e. g. των γλωσσων, in Lexico reperis: Γλωσσα, *lingua*. των articulus, & ων terminatio tui nominis, geminum sunt indicium genitivi pluralis. sensus est ergo *linguarum*. Fac, legere te absque articulo χαρα. In Lexico χαρα est gaudium. Tabella ostendit, α nominativi singularis esse secundæ declinationis, in eaque α pertinere ad dativum singularem. habes igitur sensum, *gaudio*. Quod si reperias γλαυκωπα οφιν, Lexicon tibi suggerit γλαυκωψ, *cæsios habens oculos*, & οφις, *serpens*. Γλαυκωψ habet incrementum, quia casus obliqui sunt una syllaba nominativo longiores: est igitur quintæ declinationis, cujus incrementa in Tabella designo per virgulam transversam terminationi præpositam. In ea autem declinatione - α est accusativus singularis. Idemque casus est ν sine virgula, seu sine incremento: ac proinde & οφιν accusativus est singularis iu eadem declinatione quinta. Sensus ergo est, *cæsium serpentem*.

5. Declinationes quinque contractæ, meræ propagines declinationis quintæ simplicium. Tabellæ sequentis idem usus est, qui præcedentis.

	S. n.	g.	d.	a.	v.	D. n. a. v.	g. & d.	P. n.	g.	d.	a.	v.
I.	ης,ες.	εος,ους.	ει,ει.	εα, η,ες.	ες.	εε, ει.	εοιν, οιν.	εες,εις, εα, η.	εων,ων.	εσι.	εας,εις, εα, η.	εες,εις, εα, η.
II.	ις, ι.	εως,ιος.	ιι, ι, ει, ε[illegible]	ιν.	ι.	ιε,εε.	ιοιν, εων.	ιες,ις, εες,εις.	ιων,εων.	ισι, εσι.	εας,ις, εας,εις.	ιες,ις, εες,εις.
III.	ευς.	εος,εως.	ει,ει,	εα.	ευ.	εε, η.	εοιν.	εες,εις.	εων.	ευσι.	εας,εις.	εες,εις.
IV.	ω.	οος,ους.	οι,οι.	οα,ω.	οι.	ω.	οιν.	οι.	ων.	οις.	ους.	οι.
V.	ας.	ατος,αος, ως.	ατι, αι,α.	ας.	ας.	ατε,αε, α.	ατοιν, α, οιν,ων.	ατα, αα,α.	ατων, αων,ων.	ασι.	ατα, αα,α.	ατα, αα,α.

6. Desinentia in υς, gen. υος, in plurali nom. & voc. faciunt υες, ῦς acc. υας, υς.

7. Adjectiva trium terminationum sic flectuntur:

Masc.	ας.	εις.	ην.	ος.	υς.	ως.
Fem.	αινα.	εσσα.	εινα.	η vel α.	εια.	υια.
Neutr.	αν.	εν.	εν.	ον.	υ.	ος.

duarum vero sic:

Masc. & Fem.	ης.	ις.	ους.	υς.	ων.	ωρ.
Neutr.	ες.	ι.	ουν.	υ.	ον.	ορ.

8. Comparativi desinunt in τερος, Superlativi in τατος.

9. Pronomina, *Ego, Tu, Sui, Hic*, ita declinantur:

N S. n.

	S. n.	g.	d.	a.	D. n. & a.	g. & d.	P. n.	g.	d.	a.
Ego.	εγο.	εμȣ, μȣ.	εμοι, μοι.	εμε, με.	νω.	νων.	ἡμεις.	ἡμων.	ἡμιν	ἡμας.
Tu.	συ.	σȣ.	σοι.	σε.	σφω.	σφων.	ὑμεις.	ὑμων.	ὑμιν.	ὑμας.
Sui.		ȣ̔.	ὁι.	ἑ.	σφε.	σφιν.	σφεις.	σφων.	σφισι.	σφας.
Hic.	ȣ̔τος.	τȣτȣ.	τȣτῳ.	τȣτον.	τȣτω.	τȣτοιν.	ȣ̔τοι.	τȣτων.	τȣτοις.	τȣτȣς.
Hæc.	ἁυτη.	ταυτης.	ταυτῃ.	ταυτην.	ταυτα.	ταυταιν.	ἁυται.	τȣτων.	ταυταις.	(ταυτας.
Hoc.	τȣτο.	τȣτȣ.	τȣτῳ.	τȣτο.	τȣτω.	τȣτοιν.	ταυτα.	τȣτων.	τȣτοις.	ταυτα.

Verbum.

10. Verba præter Vocem Activam & Passivam habent Mediam, latinis Deponentibus non absimilem. Ultra latina Tempora addunt Aoristos, quos loco Præteriti, Imperfecti, & Præsentis usurpant. Aoristus Aeolicus propemodum Modo nostro Potentiali respondet. In Verbis considerandа sunt quatuor, Terminatio, Augmentum, Characteristica, & Penultima. Terminationem docebit Tabella Conjugationum: post quam de Penultimis dicam.

11. Augmentum Verba recipiunt sui initio in Imperfecto, Præterito, Plusquamperfecto, Aoristis, & Paulo post Futuro. Aliud est syllabicum, aliud temporale: quorum illud Verbis a consonante, istud a vocali initium sumentibus adhibetur. Augmentum syllabicum est ε, cui in Præterito & Paulo post Futuro præponitur plerumque prima Verbi litera. e. g. τυπτω, *verbero*: ετυπτον, *verberabam*: τετυφα, *verberavi*. Si prima litera sit ρ, duplicatur id post ε ubique; si θ, φ, χ, præponitur literæ ε in Præterito τ, π, κ. e. g. ῥεω, *fluo*: ἐῤῥευσα, *fluxi*. θελω, *volo*: τεθεληκα, *volui*. φαινω, *ostendo*: πεφαγκα, *ostendi*. χαρασσω, *imprimo*: κεχαραχα, *impressi*. Plusquamperfecto ultra consonantem Præteriti additur ε alterum: τετυφα, *verberavi*: ετετυφειν, *verberaveram*. Augmentum temporale mutat α & ε in η, ο in ω, αι in ῃ, οι in ῳ, αυ in ηυ, in quibusdam ε in ει, ευ in ηυ, ει in ῃ. Extra Indicativum jure ordinario solum præteritum retinet augmentum. Composita plerumque augentur in medio, id est, post particulam præfixam, quæ si in vocalem desinat, ea ab ε sequente persæpe eliditur. ut καταπινω, *absorbeo*: κατεπινον, *absorbebam*.

12. Pinax seu Tabella omnium Characteristicarum pro Voce activa & passiva: nam Tempora Verbi medii cum activis fere consentiunt. Dividuntur in sex classes.

Præs.

	Præf. Imp. Aor. 2. & Fut. 2. act. & pass.	*Fut. 1. act. Aor. 1 act. & Aor. Æol.*	*Præt. Perf. & Plusq. act.*	*Præt. Perf. & Plusq. pass.*	*Aor 1. pass. & Fut. 1 pass.*
I.	β. π. πτ. φ.	ψ.	φ.	μμ. ψ. πτ. φϑ.	φϑ.
II.	γ. κ. κτ. χ.	ξ.	χ.	γμ. ξ. κτ. χϑ.	χϑ.
III.	δ. τ. ϑ.	σ.	κ.	σμ. ς. ςτ. σϑ.	σϑ.
IV.	ζ. σσ. ττ.	ξ. σ.	χ. κ.	γμ. ξ. κτ. χϑ vel σμ. σ. στ, σϑ.	χϑ. σϑ.
V.	λ. μ. μν. ν. ρ.	λ. μ. ν. ρ.	κ. λκ. ρκ. γκ. μκ.	μ. στ. ϑ. vel λμ. λσ. λτ. λϑ. vel ρμ. ρσ. ρτ. ρϑ. &c.	ϑ. λϑ. ρϑ. ρ.
VI.	*omnes vocales & diphthongi,*	σ.	κ	μ. σ. τ. ϑ. vel σμ. σ. στ. σϑ.	ϑ. vel σϑ.

13. Tabula Conjugationis Verbi Activi.

	S. Ego.	Tu.	Ille.	D. Nos duo.	Vos duo.	Illi duo.	P. Nos	Vos.	Illi.
Indicativi Præsens	ω	εις	ει.	—	ετον	ετον.	ομεν	ετε	ȣσι.
Imperf.	ον	ες	ε.	—	ετον	ετην.	ομεν	ετε	ον.
Præter.	α	ας	ε.	—	ατον	ατον.	αμεν	ατε	ασι.
Plusq.	ειν	εις	ει.	—	ειτον	ειτην.	ειμεν	ειτε	εισαν.
Aor. I.	α	ας	ε.	—	ατον	ατην.	αμεν	ατε	αν.
Aor. II.	ον	ες	ε.	—	ετον	ετην.	ομεν	ετε	ον.
Futur. I.	ω	εις	ει.	—	ετον	ετον.	ομεν	ετε	ȣσι.
Futur. II.	ω	εις	ει.	—	ειτον	ειτον.	ȣμεν	ειτε	ȣσι.
Imperat. Præsens.	—	ε	ετω.	—	ετον	ετων.	—	ετε	ετωσαν.
Præter.	—	ε	ετω.	—	ετον	ετων.	—	ετε	ετωσαν.
Aor. I.	—	ον	ατω.	—	ατον	ατων.	—	ατε	ατωσαν.
Aor. II.	—	ε	ετω.	—	ετον	ετων.	—	ετε	ετωσαν.
Optativi Præsens.	οιμι	οις	οι.	—	οιτον	οιτην.	οιμεν	οιτε	οιεν.
Præter.	οιμι	οις	οι.	—	οιτον	οιτην.	οιμεν	οιτε	οιεν.
Aor. I.	αιμι	αις	αι.	—	αιτον	αιτην.	αιμεν	αιτε	αιεν.
Aor. II.	οιμι	οις	οι.	—	οιτον	οιτην.	οιμεν	οιτε	οιεν.
Aor. Æol.	εια	ειας	ειε.	—	ειατον	ειατην.	ειαμεν	ειατε	ειαν.
Futur. I.	οιμι	οις	οι.	—	οιτον	οιτην.	οιμεν	οιτε	οιεν.
Futur. II.	οιμι	οις	οι.	—	οιτον	οιτην.	οιμεν	οιτε	οιεν.
Conjunct. Præs.	ω	ῃς	ῃ.	—	ητον	ητον.	ωμεν	ητε	ωσι.
Præter.	ω	ῃς	ῃ.	—	ητον	ητον.	ωμεν	ητε	ωσι.

Aor. I. & II, ejusdem terminationis cum Præsente & præterito.

Infinitiv. Præs. ειν. Præt. εναι. Aor. I. αι. Aor. II. ειν. Futur I ειν. Fut. II. ειν.

Particip. Præs. ων, οντος. ȣσα. ον, οντος. Præt. ως, οτος. υια. ος, οτος. Aor. I. ας, αντος. ασα. αν, αντος. Aor II. ων, οντος. ȣσα. ον, οντος. Fut. I. ων, οντος. ȣσα. ον, οντος. Fut. II. ων, ȣντος. ȣσα. ȣν, ȣντος.

14. Tabula Conjugationis Verbi Passivi.

	S. Ego.	Tu.	Ille.	*D.*Nos duo.	Vos duo.	Illi duo.	*P.*Nos.	Vos.	Illi.
Indic.Præs.	ομαι	ῃ	εται.	ομεθον	εσθον	εσθον.	ομεθα	εσθε	ονται.
Imperfect.	ομην	ȣ	ετο.	ομεθον	εσθον	εσθην.	ομεθα	εσθε	οντο.
Præterit.	αι	αι	αι.	εθον	ον	ον.	εθα	ε	νται.
Plusquamp.	ην	ω	ο.	εθον	ον	ην.	εθα	ε	ντο.
Aor I.	ην	ης	η.	—	ητον	ητην.	ημεν	ητε	ησαν.
Aor. II.	ην	ης	η.	—	ητον	ητην.	ημεν	ητε	ησαν.
Futur. I.	ησομαι	ησῃ	ησεται.	ησομεθον	ησεσθον	ησεσθον.	ησομεθα	ησεσθε	ησονται.
Futur. II.	ησομαι	ησῃ	ησεται.	ησομεθον	ησεσθον	ησεσθον.	ησομεθα	ησεσθε	ησονται.
Paul.post F.	ομαι	ῃ	εται.	ομεθον	εσθον	εσθον.	ομεθα	εσθε	ονται.
Imperat.Pr.	——	ȣ	εσθω.	——	εσθον	εσθων.	——,	εσθε	εσθωσαν
Præterit.	——	ο	ω.	——	ον	ων.	——	ε	ωσαν.
Aor. I.	——	ητι	ητω.	——	ητον	ητων.	——	ητε	ητωσαν.
Aor. II.	——	ηθι	ητω.	——	ητον	ητων.	——	ητε	ητωσαν.
Optat.Præs.	οιμην	οιο	οιτο.	οιμεθον	οισθον	οισθην.	οιμεθα	οισθε	οιντο.
Præterit.	ῃμην	ῃο	ῃτο.	ῃμεθον	ῃσθον	ῃσθην.	ῃμεθα	ῃσθε	ῃντο.
Aor. I & II.	ειην	ειης	ειη.	——	ειητον	ειητην.	ειημεν	ειητε	ειησαν.
Fut. I & II.	ησοιμην	ησοιο	ησοιτο.	ησοιμεθον	ησοισθον	ησοισθην.	ησοιμεθα	ησοισθε	(ησοιντο.
Paul. post F.	οιμην	οιο	οιτο.	οιμεθον	οισθον.	οισθην	οιμεθα	οισθε	οιντο.
Conjunct.Pr.	ωμαι	ῃ	ηται.	ωμεθον	ησθον	ησθον.	ωμεθα	ησθε	ωνται.
Præterit.	ωμαι	ῃ	ῃται.	ωμεθον	ῃσθον	ῃσθον.	ωμεθα	ῃσθε	ωνται.
Aor. I & II.	ω	ῃς	ῃ	——	ητον	ητον.	ωμεν	ητε	ωσι.

Infinit.Præs. εσθαι. Præt. αι. Aor. I. ηναι. Aor. II. ηναι. Fut. I. ησεσθαι. Fut. II. ησεσθαι.
Paulo post Fut. εσθαι.

Particip.Præs. ομενος. ομενη. ομενον. Præt. ενος. ενη. ενον. Aor. I & II. εις, εντος. εισα. εν, εντος.
Fut. I & II. ησομενος. ησομενη. ησομενον. Paulo post Fut. ομενος. ομενη. ομενον.

15. Tabula Conjugationis Verbi Medii.

	S. Ego.	Tu.	Ille.	*D.*Nos duo	Vos duo.	Illi duo.	*P.*Nos.	Vos.	Illi.
Indic. Præs.	ομαι	ῃ	εται.	ομεθον	εσθον	εσθον.	ομεθα	εσθε	ονται.
Imperfect.	ομην	ȣ	ετο.	ομεθον	εσθον	εσθην.	ομεθα	εσθε	οντο.
Præterit.	α	ας	ε.	——	ατον.	ατον.	αμεν	ατε	ασι.
Plusquamp.	ειν	εις	ει.	——	ειτον	ειτην.	ειμεν	ειτε	εισαν.
Aor. I.	αμην.	ω	ατο.	αμεθον	ασθον	ασθην.	αμεθα	ασθε	αντο.
Aor. II.	ομην	ȣ	ετο.	ομεθον	εσθον	εσθην.	ομεθα	εσθε	οντο.
Fut. I.	ομαι	ῃ	εται.	ομεθον	εσθον	εσθον.	ομεθα	εσθε	ονται.
Fut. II.	ȣμαι	ῃ	ειται.	ȣμεθον	εισθον	εισθον.	ȣμεθα	εισθε	ȣνται.
Imperat. Pr.	——	ȣ	εσθω.	——	εσθον	εσθων.	——	εσθε	εσθωσαν.
Præter.	——	ε	ετω.	——	ετον	ετων.	——	ετε	ετωσαν.
Aor. I.	——	αι	ασθω.	——	ασθον	ασθων.	——	ασθε	ασθωσαν.
Aor. II.	——	ȣ	εσθω.	——	εσθον	εσθων.	——	εσθε	εσθωσαν.

S. Ego.

	S. Ego.	Tu.	Ille.	D. Nos duo.	Vos duo.	Illi duo.	P. Nos.	Vos.	Illi.
Optativi Præf.	οιμην	οιο	οιτο.	οιμεθον	οισθον	οισθην.	οιμεθα	οισθα	οιντο.
Præterit.	οιμι	οις	οι.	—	οιτον	οιτην.	οιμεν	οιτε	οιεν.
Aor. I.	αιμην	αιο	αιτο.	αιμεθον	αισθον	αισθην.	αιμεθα	αισθε	αιντο.
Aor. II.	οιμην	οιο	οιτο.	οιμεθον	οισθον	οισθην.	οιμεθα	οισθε	οιντο.
Fut. I. & II.	οιμην	οιο	οιτο.	οιμεθον	οισθον	οισθην.	οιμεθα	οισθε	οιντο.
Conjunct. Præf.	ωμαι	ῃ	ηται.	ωμεθον	ησθον	ησθον.	ωμεθα	ησθε	ωνται.
Præterit.	ω	ῃς	ῃ.	—	ητον	ητον.	ωμεν	ητε	ωσι.
Aor. I. & II.	ωμαι	ῃ	ηται.	ωμεθον	ησθον	ησθον.	ωμεθα	ησθε	ωνται.

Infinit. Præf. εσθαι. Præt. εναι. Aor. I. ασθαι. Aor. II εσθαι. Fut. I. εσθαι. Fut. II. εισθαι.

Particip. Præf. ομενος. ομενη. ομενον. Præt. ως, οτος. υια. ος, οτος. Aor I. αμενος. αμενη. αμενον. Aor. II ομενος. ομενη. ομενον. Fut. I. ομενος. ομενη. ομενον. Fut. II. ουμενος. ουμενη. ουμενον.

Vides, Præsens & Imperfectum Medii, etsi sensu Activa, terminatione ubique cum Passivo convenire.

16. Penultima nonnunquam mutatur, hoc modo:

In Præterito Verborum quintæ Classis Penultima Thematis *ε* vel *ει* mutatur in *α*.

In Aoristo primo eorundem *α* & *αι* in *η*, *αι* in *α*.

In Aoristo secundo *αι*, *αυ*, *ε*, *ει*, *ω*, in *α*. nonnunquam *ει* in *ι*, *ευ* in *υ*, *ου* in *ο*. Si sequantur duæ consonantes, omittitur altera, ut *τυπτω*, *ετυπον*. Adde in IV Classe Verba illa, quæ Characteristicam Futuri habent, *ξ*, hic ejus loco acquirere *γ*, quæ vero *σ*, hic habere *δ*.

In Futuro Primo Verborum quintæ Classis *αι* fit *α*, *ει* fit *ε*. In Verbis sextæ Classis *α* & *ε* plerumque in *η* transit. idque etiam in Præteritis, Plusquamperfectis, & Aoristis primis omnium Vocum servat.

In Passivo Præterito & Aoristo primo *ρε* sæpe in *ρα* mutatur.

In Præterito Medii *αι* in *ῃ* vel *η*, *ει* in *οι*, item *ε* & *ει* in *ο*. Observa, Characteristicam hujus Præteriti eandem esse, quæ Aoristi secundi.

17. Verba VI Classis in *αω*, *εω*, & *οω*, contrahi solent in Præsenti & Imperfecto per omnes Modos, hac ratione:

> *αο* & *αω* contrahitur in *ω*.
> *α* cum alia quacunque vocali, in *α*.
> *εε* in *ει*, *εο* in *ου*, ante alias vocales abjicitur.
> *ι* subscribitur. e. g. *τιμαοιμι*, *τιμῳμι*, *honorem*.
> *οε*, *οο*, *οου*, in *ου*.
> *οη*, & *οω*, in *ω*.
> *οῃ*, *οοι*, & *οει*, in *οι*, sed in Infinitivo *οειν* in *ουν*.
> *υ* semper abjicitur.

 18. La-

18. Laboriosis ambagibus Verborum in μι torquere te, Lector, nolo; quæ ex illis inusitata sunt, sine dispendio ignorare te patior; quæ usitata, ope Lexici, de quo postea, & facili conjectura assequi licebit.

Constructio.

19. Apostrophus (ʼ) est signum omissæ vocalis aut diphtongi in fine vocabuli, cum sequens a vocali vel diphthongo inchoatur. βυλομ' εγω, pro βυλομαι, *volo ego*. Si sequens vocabulum notetur spiritu aspero, & vox apostropho elisa desinat in π, κ, τ, mutatur π in φ, κ in χ, & τ in θ. νυχθ' ὁλην, pro νυκτα, *totam noctem*.

20. Interpunctio cum latina convenit, nisi quod nostrum colon (:) aut hypocolon (;) per punctum supra lineam exprimunt, & pro nostro interrogandi signo (?) usurpant id, quod nobis hypocolon est.

21. Quæ literis ι & ε finiuntur, euphoniæ gratia sæpe ν recipiunt, si vocalis aut interpunctio major sequatur.

22. Articulus sæpe sumitur substantive. τα Πλατωνος, *Platonis libri*. τα εμυ, *res meæ*. ὁ Φιλιππυ, *Philippi filius*. οι εξω, *externi, qui foris sunt*. τα εφ' ημιν, *quæ in nostra sunt potestate, quæ in nobis sita sunt*.

23. Nominativus pro Vocativo, Atticismus est.

24. Substantiva nonnunquam omittuntur. καθ' εκαςην, *quotidie, unaquaque*, nimirum *die*. τῃ αυριον, *cras*; τῃ σημερον, *hodie*; τῃχθες, *heri*; intellige, ἡμερᾳ, *die* crastino, præsente, hesterno.

25. Ablativum nostrum absolute positum fere Genitivo efferunt; Ablativum Instrumenti, Caussæ, ac Modi, plerumque Dativo. Tempus, sive per *quando*, sive per *quamdiu* interrogetur, Accusativum, Genitivum, Dativum admittit. Locum aliquando syllabis Substantivo affixis designant. e. g. ab υρανος, *cœlum*, fit υρανοθεν, υρανοθε, *de cœlo*, υρανοθι, *in cœlo*. sic αθηνησι, *Athenis*, αθηναζε, *Athenas*.

26. Adjectivum neutrum cum articulo sæpe substantive accipiendum est. το αληθες, *veritas*. Adjectivum vero neutrum sine articulo pro adverbio sæpissime ponitur. καλον, *belle, bene*. ταχιςα, *celerrime*. desinunt & in ακις, sicque in adverbium transeunt. πλειςακις, *sæpissime*.

27. Adjectiva, quæ scientiam, dignitatem, copiam, communionem, desiderium, curam, & his contraria significant; itemque comparativa, & quæ principio α privativum habent, aut in κος desinunt, vel pretium, diversitatem, & ordinem numeri denotant, Genitivo junguntur. οινυ μεςος, *vino plenus*. αναξιος αινυ, *indignus laude*. μειζων μυ δακτυλῳ, *major me, uno digito*,

gito. επιθυμιων ακρατης, *cupiditatibus haud imperans*. ουδενος δευτερος, *nulli secundus*.

28. Composita ex συν & ὁμου Dativum poscunt.

29. Ubi Latini Pronomina ponunt possessiva, *meus, tuus, suus, noster, vester*, Græci fere primitiva & demonstrativum usurpant. πατηρ ἡμων, *pater noster*. ὁ οικος σου, *domus tua*. εν ταις καρδιαις αυτων, vel ἁυτων, *in cordibus suis*.

30. Relativa nonnunquam Substantivi sui præcedentis casum sequuntur. περι παντων, ὡν (pro ἁ) ηρξατο Ιησους ποιειν τε και διδασκειν. *de omnibus, quæ cæpit Jesus facere & docere.*

31. Verba aliquando geminantur. εστι γραφων, *est scribens*, id est, *scribit*. sic & τυγχανω, γινομαι, ὑπαρχω, & φυω Verbis adduntur. εχω γραφειν, *scripsi*. μελλω γραφειν, *scribam*.

32. Verbum singularis numeri passim jungitur Nominativo plurali.

33. Verba sentiendi, & omnium sensuum, accusandi, absolvendi, admirandi, aberrandi, appetendi, æstimandi, abundandi & egendi : abstinendi, cedendi, consequendi & privandi, contemnendi & negligendi, curandi, desinendi & incipiendi, dimittendi & parcendi, discrepandi & distandi, dominandi, excellendi, & superandi, emendi, fruendi, liberandi, participandi, petendi, prohibendi, separandi, & Composita ex απο, εκ, & μετα Genitivo gaudent.

34. Verba adorandi, conservandi, hortandi, jubendi, occurrendi, precandi, pugnandi, reprehendendi, sequendi, utendi, & Composita ex αντι, εν, επι, παρα, περι, προς, συν, & ὑπο, Dativum poscunt.

35. Verba adulandi, benefaciendi, miserendi, nocendi, Accusativo junguntur.

36. Passiva cum Dativo construuntur, vel beneficio præpositionis cum Genitivo.

37. Infinitivus cum articulo servit instar Gerundii, vel Substantivi. του τυγχανειν, *potiundi gratia*. εν τῳ λαλειν, *in medio sermone*. μετα το δειπνειν, *post cœnam*.

38. Particulas ὡστε & ὡς, *ita ut*, sequitur infinitivus.

39. Participia sæpe latini Infinitivi loco adhibentur. παυου δακρυων, *desine flens*, id est, *flere*.

40. Latinorum *dus*, *da*, *dum*, supplent Verbalia in εον, oriunda a Præterito passivo, rejecto ejus augmento. γραπτεον μοι λογον, *scribenda est*

est mihi oratio, a γεγραπται. Declinantur etiam Verbalia in modum Adjectivorum, τεος, τεα, τεον.

41. In quos casus Verba beneficio Præpositionum transeant, dicere non est necesse, cum præpositionum omnium regimina satis indicentur in Lexico, de quo jam memorandum est.

De Usu Lexici.

42. Ad finem, qui a nobis hic quæritur, idoneum præ cæteris est Lexicon Cornelii Schrevelii, quippe quod vocabulis formatis plenum, linguæ græcæ tirones innumeris difficultatibus expedit, multoque magis legentibus, quam componentibus scriptum est. Quoniam tamen petere nemo sanus potest, ut libro tantillo copiosissimi illius sermonis græci vocabula singula contineantur: admonebo breviter, qua ratione ex iis, quæ recenset, perveniri ad omissorum notitiam possit.

43. Composita, quibus præ populis aliis abundant Græci, quoties desiderabuntur, redeundum ad simplicia erit: quæ ut apte secerni ab incipientibus possint, Catalogus deinde Particularum addetur, a quibus initium fieri Compositorum solet. Multa vero Composita non particulam aliquam, sed Substantivum aut Adjectivum priore sui parte collocatum habent, ut λογοδαιδαλος. earum vocum utramque si seorsum indages, sensus nullo negotio innotescet. λογος *verbum* est, Δαιδαλος artifex: λογοδαιδαλος ergo *verborum Faber*.

44. Si Verbum, quale petis, non reperias, præfige vel detrahe augmentum (§ 11), sive syllabicum, sive temporale e. g. γεγραφα non occurret, sed γραφω invenies. ησιμωκα non habet Schrevelius: at αισιμοω, *insumo*, *impendo*, habet.

45. Sæpe facilis est divinatio ex cognatis. Non exponit Schrevelius, quid sit πυρσευω, αναβασις, συνεχες. sed Πυρσος, inquit, *fax* est, Αναβας *ascendens*, Συνεχεως *assidue*. Proclive est hinc sentire, quid superiora illa sibi velint, nempe, *facem præfero*, *ascensio*, *assiduum* sive *assidue*. Si post hæc omnia unum aliquando vocabulum e sexcentis non deprehendas, græcæ linguæ ubertati id condonandum erit, sensui non admodum obfuturum, &, si res mereri videbitur, e Lexico abundantiore petendum.

46. Numeri arithmetici sunt ipsæ literæ alphabeti, quarum valorem ad cujusque literæ initium Schrevelius docet. Adde tantum signa ς & ϟ, quorum illud 6, hoc 90 significat. Jam satis comparatus, Amice Lector, ad Exercitationem transgredere, omissis, quæ hic interjicio.

Poetica.

Poetica.

47. Mira eft poetarum licentia in literis mutandis, recidendis,addendis. Paffim diphthongos folvunt, α pro η, η pro α, ω pro ο, imo & pro ι fcribunt, augmenta Verborum revellunt, literas metri cauffa duplicant, ι vocabulis præfigunt aut interponunt; eadem audacia ab Lectore exponendi, qua fcripfere.

48. In Declinationibus Nominum parifyllabis Genitivum fingularem fæpe formant in ω, αω, εω, οιο, pluralem in αων & εων, Dativum pluralem in αισι, ησι, οισι. Syllabam φι cafibus omnibus affuunt. Dativum pluralem quintæ in εσι & εσσι finiunt. Incrementum ε per totam tertiam Contractarum in η mutant.

49. In Pronominibus, præter ufitatas formas (§ 9), & eas, quas fuo loco Schrevelius explicat, etiam has fibi finxere:

Ego. εμεο, μεο,μειο,*mei.* μιν,εμοινη,*mihi.* ημειες,*nos.*αμεων,*noftri.* ημειας,ημμεας,*nos.*
Tu. σειο,*tui.*υμεες, υμειες,*vos.* fic & in ceteris cafibus. In fingulari ubique additur γε.
Sui. εο,εοθεν,*fui.* εε,*fe.* σφωιν, *fibi duobus.*σφεε,*fe duos.*σφεες, σφες, *ipfi.* σφω,*fibi ipfis.*

In Poffeffivis eadem libertas, quæ in Primitivis, unde nafcuntur. Demonftrativo ὅτος ubique ι adjiciunt.

50. Verborum Imperfecta & Aoriftos formant in σκον. σκες, σκε &c. Augmentum Præteriti alienis etiam Temporibus & omnibus Modis addunt. κ, σ, τ, ante incrementa & ultimas fyllabas omittunt. Pro Imperativo Genitivum pluralem Participii ufurpant. Terminationes ειν, εθα, ου, ησαν, mutant in εν, εσθα εο, εν. Interponunt α ante ultimas fyllabas. Verba in μι fingunt, pæfixo ι, & ante ι reduplicatione primæ literæ facta.

51. CATALOGUS PARTICULARUM,

quæ græcis vocabulis præfiguntur.

Α - βαρης, *non onerofus.*
αμφ - επω, *circumcirca perfequor.*
αμφι - βαινω, *circumeo.*
αν - αιρεω, *tollo.*
ανα - πνεω, *refpiro.*
ανθ - ιςημι, *refifto,*
αντ - αξιος, *æqualis pretii.*
αντι - κειμαι, *opponor.*
απ - ερχομαι, *abeo, exeo.*
απο - θνησκω, *morior.*
αφ - αιρεω, *aufero.*
δι - ερχομαι, *transeo.* δι - πους, *bipes.*
δια - συρω, *diftraho.*
δυς - εργος, *piger ad opus.*

εγ-γλυφω, *insculpo.*
εις-αγω, *introduco.*
εκ-χεω, *effundo.*
ελ-λειπω, *relinquo.*
εμ-παιζω, *illudo.*
εν-τελλομαι, *jubeo.*
εξ-ωθεω, *expello.*
επ-αγειρω, *congrego.*
ευ-οδοω, *prosperum iter præbeo.*
ἡμι-ωριον, *semihora.*
καθ-ευδω, *dormio.*
κατ-αρκεω, *sufficio.*
κατα-στελλω, *reprimo.*
μεθ-επω, *investigo.*
μετ-αλλαττω, *transmuto.*
μετα-στρεφω, *converto.*
ὁμο-θρονος, *particeps solii.*
παρ-αιθυσσω, *quatefacio.*
παρα-κλαιω, *juxta fleo.*
περι-ζωννυμι, *præcingo.*
προ-φθανω, *prævenio.*
προσ-πηγνυμι, *affigo.*
συ-ζητεω, *disputo.*
συγ-καθιζω, *una colloco.*
συλ-λεγω, *colligo.*
συμ-πορευομαι, *una proficiscor.*
συν-θλιβω, *comprimo.*
συρ-ραπτω, *consuo.*
τρι-κεφαλος, *triceps.*
ὑπ-ακουω, *obedio.*
ὑπερ-νικαω, *plusquam vinco.*
ὑπο-πιπτω, *decido, delabor.*
ὑφ-ορωμαι, *suspectum habeo.*

EXERCITATIO,

Diogenis Apophthegmata,

Ex Diogene Laertio in Vita.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11
Αλους και πωλουμενος ηρωτηθη τι οιδε ποιειν· απεκρινετο, Ανδρων αρχειν. και
12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
προς τον κηρυκα, Κηρυσσε, εφη, ει τις εθελοι δεσποτην αυτῳ πριασθαι.
23 24 25 26 27. 28 29 30 31 32 33 34
Κωλυθεις καθιζεσθαι, ουδεν εφη διαφερειν, και γαρ τους ιχθυς, οπως αν κεοιντο,
35
πιπρασκεσθαι.

1) L. (ita brevitatis ergo Schrevelii Lexicon indicabo) *captus.*

2) L. *et.*

3) L. Πωλεω, *vendo.* Participium Præsentis Passivi (§ 14.) πωλεομενος. Verba in εω (§ 17) contrahunt εο in ου. ergo πωλουμενος, *dum venditur.*

4) L. ηρωτα ab ερωταω, *interrogo,* α est Characteristica sextæ Classis, ad quam Ver-

Verbum hoc pertinet (§ 12) in Aor. 1. Passivo. hujus tertia persona singularis (§ 14) in Indicativo desinit in η. ergo, *interrogatus est.*

5) L. *quid?*

6) L. *novi, nosti, novit.*

7) L. ποιει, *facit,* a ποιεω. Id in Infinitivi activi Tempore Præsenti (§ 13) facit ποιεειν, & (§ 17) ε abjicitur ante ει. ergo ποιειν, *facere.* Punctum supra lineam (§ 20) est colon.

8) L. απεκρινατο, 3 sing. Aor. I med. ab *respondeo.* Ut Aoristus primus (§ 15) in ατο, ita proximus ei Aoristus secundus desinit in ετο, estque sensus utriusque idem. *respondit.*

9) L. ανδρος, gen. sing. ab ανηρ, *vir.* terminatio ων (§ 4) est nota Genitivi pluralis. ergo, *virorum.*

10) L. in Αρχει, αρχειν præs. inf. act. ab αρχω, *impero.* Itaque narrationis hæc est series: *Cum esset captus, & venderetur, interrogatus est, quid opificii nosset.* (nam Conjunctivus noster sæpissime Græcis fit Indicativus. *respondit, Hominibus imperare.* Verba dominandi (§ 33) Genitivum regunt.

11 & 12) L. *&, ad.*

13) articulus mascul. (§ 3) accus. sing.

14) L. Κηρυξ, υκος, *præco.* Est quintæ simplicium, quia incrementum habet (§ 4.) ac proin accusativum singularem indicat, qui in ea Declinatione per - α terminatur. *præconem.*

15) L. Κηρυσσω, *prædico, publico.* Imperativi act. Præs. (§ 13) in ε. *prædica, proclama.* 16) L. *dixit.*

17) *si.* 18) L. *aliquis.* 19) L. *velit.* 20) L. Δεσποτης, dominus. Primæ simpl. (§ 4) accus. sing. *dominum.* 21) L. *sibi ipsi.* 22) L. in Πριασθαι, *emere. Et ad præconem, Clama, inquit, nunquis velit sibi dominum emere.*

23) L. in Κωλυω, *prohibeo,* εκωλυθην, Aor. I pass. rejecto augmento ε, quia extra Indicativum (§ 11) & terminatione εις (§ 14) ex Particip. Aor. I assumpta, prodit κωλυθεις, *prohibitus.* 24) L. Καθιζω, *sedeo.* εσθαι (§ 15) Præs. Inf. Medii. *sedere.*

25) L. *nullum.* sive *nihil.* 26) ut n. 16. 27) L. Διαφερει, *interest, refert.* ειν (§ 13) Præs. Inf. Act. *interesse.*

28 & 29) L. *nam &.* 30) articulus masc. (§ 3) accus. plur. 31) L. *piscis.* υς pro υας contractum (§ 6) accus. plur. *pisces.* 32) L. *quomodo.* 33) L. conjunctio expletiva. Latino more dicas, *quomodocunque.* 34) L. in Κεονται κεοιτο, *jacuerit.* nimirum ex Præsenti Opt. Med. (§ 15), cujus ultima

persona in οιντο. ergo, *jacuerint.* 35) L. Πιπρασκω, *vendo.* εσθαι (§ 14) Præs. Inf. Pass. *vendi. Prohibitus sedere, nihil ajebat interesse: nam & pisces, quomodocunque jacuerint, vendi.*

36 37 38 39 40 41 42 43 44 45

Εισαγαγοντος τινος αυτον εις οικον πολυτελη και κωλυοντος πτυσαι, επειδη

46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56

εχρεμψατο, εις την οψιν αυτȣ επτυσεν, ειπων, χειρονα τοπον μη ευρηκεναι.

36) L. in εισαγαγῃ, esse hunc Aor. II Conj. Act. ab *introduco.* οντος (§ 13) Genitivus Participii ab eodem Aoristo. Genitivus hic absolute positus (§ 25) est noster Ablativus. ergo, *introducente.* 37) L. Τις, τινος, *aliquis, quidam. quodam.* 38) L. αυτος, *ipse.* Tertiæ simpl. (§ 4) acc. sing. *ipsum.* 39) L. *in.* 40) οικος, *domus.* Tertiæ simpl. (§ 4) accus. sing. *domum.* 41) L. πολυτελης, *pretiosus.* Primæ Contractarum (§ 5) accus sing. *perornatam.*

42) L. &. 43) L. Κωλυω, *prohibeo.* οντος (§ 13) Particip. Præs. Act. in Genitivo (§ 25) absolute posito. *prohibente.* 44) L. Πτυω, *exspuo.* σ in Verbis sextæ Classis (§ 12) est Characteristica Aoristi primi, qui (§ 13) αι habet in Inf. *exspuere.* 45) L. *postquam.* 46) Χρεμπτομαι, *screo*, πτ, Characteristica Verborum primæ Classis (§ 12) in Aor. primo facit ψ. ατό (§ 15) Aor. I Med. *screaverat.*

47) L. *in.* 48) articulus fem. (§ 3) accus. sing. Articulos, satis jam notos, deinceps omitto. 49) L. Οψις, *vultus*, *facies.* Secundæ Contr. (§ 5) accus. sing. *faciem.* 50) L. αυτος, *ipse.* Tertiæ simpl. (§ 4) gen. sing. *ipsius.* 51) Si ε augmentum rejeceris (§ 44), invenies Πτυω, de cujus Aoristo I dictum est n. 44. ε (§ 13) terminatio Aor. I Ind. Act. ν euphonicum (§ 21) *exspuit.*

52) L. in Ειπω, *dicens.* 53) L. in χειρον, χειρονος, *pejoris.* accus. sing. quintæ simplicium (§ 4), quæ ex incremento agnoscitur. 54) L. Τοπος, *locus.* Tertiæ simpl. (§ 4) acc. sing. *locum.* 55) L. *non.* 56) L. *reperire.* Collige: *Introducente eum quodam in domum perornatam, & vetante spuere, cum screasset, in os hominis exspuit, dicens, pejorem* se *locum haud reperisse.*

57 58 59 60 61 62 63 64

Φωνησας ποτε, Ιω ανθρωποι, συνελθοντων καθικετο τῃ βακτηριᾳ, ειπων,

65 66 67 68

ανθρωπȣς εκαλεσα, ȣ καθαρματα.

57) L. Aor. I part. act. a *voco. cum vocasset, cum clamasset.* 58) L. *aliquando* 59) L. *heu!* Narratio ipsa docet, hic interpretandum esse *heus.* 59) L. Ανθρωπος, *homo.* Tertiæ simpl. (§ 4) Voc. plur. *homines!*

61) L.

61) L. in συνελθειν, gen. plur. Aor. II. part. act. a *convenio. cum convenissent.* 62) L. *percussit.* 63) L. *baculus.* Secundæ simpl. (§ 4) dat. sing. Dativus Instrumenti (§ 25). *baculo.*

64) ut n. 52. 65) ut n. 60. accus. pl. *homines.* 66) L. in εκαλεσσε, *vocavit.* Sed hic prima persona, quia in α (§ 13). *vocavi.* 67) L. *non.* 68) L non habet. sed ex cognato Καθαρμος, *purgatio*, facile intelligitur, *purgamenta* dici. *Cum exclamasset, Heus homines! convenientes baculo percussit dicens, Homines vocavi, non purgamenta.*

69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81
Προς τυς ειποντας, Γερων ει, και λοιπον ανες, Τι δε, εφη, ει δολιχον εδραμον,
82 83 84 85 86 87 88 89 90
προς τω τελει εδει με ανειναι, και μη μαλλον επιτειναι;

69) L. προς cum accusativo, *ad.* 70) ut n. 52. sed hic accusativus plur. (§4) ab genitivo Participii οντος, (§ 13). *dicentes.* 71) L. *senex.* 72) L. *es.* 73 & 74) L. *& quod superest, & deinceps.* 75) L. *remitte.*

76 & 77) L. *Quid autem?* 78) L. *dixit.* 79) *L. si.* 80) L. *spatium 12 aut 24 stadiorum.* acc. sing. 81) L. *cucurri.* 82) L. προς cum dativo, *ad, apud.* 83) L. dat. a *finis. ad finem.* 84) L. *oportebat.* Indicativus græcus pro latino Conjunctivo. 85) *me.* (§ 9.) 86) L. *remisisse.* 87-89) L. *& non magis.* 90) L. Επιτεινω, *intendo.* Characteristica Verbi quintæ Classis (§ 12) in Aor. I Act. qui terminationem αι (§ 13) habet in Inf. *intendere.* Signum (;) interrogandi (§ 20.) *Ad dicentes, senex es, remitte jam aliquando. Quid enim, inquit, si in stadio cucurrissem, ad finem oportebatne me remittere, an non potius contendere?*

91 92 93 94 95 96 97 98 99 100
Προς τυς ἑρπυσαντας επι την τραπεζαν μυς, Ιδυ, Φησι, και Διογενης παρασιτυς
101
τρεφει.

91) L προς cum accusativo, *ad.* 92) L. Ερπυζω, *serpo, repo, vado.* σ in Verbo quartæ Classis (§ 12) Characteristica Aoristi primi, qui (§ 13) αντος habet in ejusdem Aoristi Participio. ας (§ 4) in quinta simpl est accus. plur. *adrepentes, accedentes.* 93) L. επι cum accus. *adversus.* 94) L. *mensa.* Secundæ simpl. (§ 4) acc. sing. *mensam.* 95) L. *mus.* Contractus accusativus pl. (§ 6) *mures.*

96) L. *Ecce.* 97) L. *dicit.* 98 & 99) L. *& Diogenes.* 100) L. non habet. Divide ergo (§ 43) & in Σιτος reperies παρασιτος, *adulator,* seu *parasitus*

Tertiæ ſimpl. (§ 4) acc. pl. *paraſitos.* 101) L. Τρεφω, *nutrio.* ει (§ 13) Præſ. Ind. Act. *Ad accedentes contra menſam* ſuam *mures, Hem, inquit, & Diogenes paraſitos alit.*

102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112
Εκ τȣ βαλανειȣ εξιων, τῳ μεν πυϑομενῳ, ει πολλοι ανϑρωποι λȣνται, ηρνησατο·
113 114 115 116 117 118
τῳ, δε, ει πολυς οχλος, ὡμολογησε.

102) L. *ex.* 103) L. *balneum.* εκ regit genitivum, ut habet L. in εκ. 104) L. non habet. Divide (§ 43) & L. in ιων docebit, eſſe id Part. Aor. II. ab *eo.* εξ (§ 51) eſt *e* vel *ex. exiens.* 106) L. *quidem* 105 & 107) L. πυϑομενος. *quærens* Tertiæ ſimpl. (§ 4) dat. ſing. *quærenti.* 108) L. *an.* 109) L. in πολλȣ, gen. a *multus.* πολλοις, *multis.* ſic & πολλοι (§ 4) *multi.* 110) ut n. 60 & 65. Nom. plur. (§ 4) *homines.* 111) L. Λȣμαι, pro Λȣομαι, *lavor.* ſic & λȣνται, pro λȣονται, Præſ. Ind. Paſſ. (§ 14) *lavantur.* More græco Indicativus pro Conjunctivo. 112) L. non habet. Rejice (§ 44) augmentum temporale, & (§ 11) pro η quære α. L. in Αρνεομαι, *negavit.*

114) L. *autem.* 113) intellige, *quærenti,* ex n. 105 & 107. 115) L. *an.* 116) L. *multus.* 117) L. *turba. multa turba.* 118) L. *confeſſus eſt. E balneo exiens, quærenti, an multi homines lavarentur, negavit; at roganti, multane turba; confeſſus eſt.*

119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130
Προς τον πυϑομενον, ποιᾳ ὡρᾳ δει αριςᾳν, Ει μεν πλȣσιος, εφη, ὁταν ϑελῃ
131 132 133 134 135
ει δȣ πενης, ὁνταν εχῃ.

119) ut n. 69. 120) ut n. 107. accuſ. ſing. 121) L. qualis. Secundæ ſimpl. (§ 4) dat. ſing. Eſt autem Dativus Temporis (§ 25.) 122) L. *hora.* Dativus, ut n. præcedente. *qua hora.* 123) L. *oportet.* 124) L. Αριςαω, *prandeo.* Inf. Act. Præſ. ειν (§ 13) facit αριςαειν. contractum (§ 17) αριςᾳν, quia ι ſubſcribitur. *prandere.*

125 - 128) L. *ſi quidem dives, dixit.* 129) L. *cum.* 130) L. Θελω, *volo.* η (§ 13) Præſ. Conj. Act. *vult, voluerit, velit.* Punctum ſupra lineam (§ 20) pro noſtro hypocolo. 131 - 134) L. *ſi vero pauper, cum.* 135) L. Εχω, *habeo.* ut n. 130. *Ad interrogantem, qua hora oporteret prandere, ſi quidem dives, inquit, cum voluerit; ſin pauper, cum habuerit.*

Τον

136 137 138 139 140 141 142 143
Τον κιθαρῳδον αει καταλειπομενον ὑπο των ακροατων ησπασατο, Χαιρε αλεκτρυον.
144 145 146 147 148 149 150 151 152
του δε ειποντος, δια τι; ὁτι, εφη, ᾀδων παντας εγειρεις.

136) L. *citharœdus.* Tertiæ ſimpl. (§ 4) acc. ſing. 137 L. *ſemper.* 138) L. Καταλειπω, *relinquo.* ομενος (§ 14) Particip. Præſ. Paſſ. Caſus (§ 4) eſt accuſ. ſing. *eum qui relinquebatur.* 139) L. *a,* cum genit. 140) L. in Ακροατηριον, *auditor.* Primæ ſimpl. (§ 4) gen. pl. *ab auditoribus.* 141) L. non habet. Quære, ut n. 112. L. Ασπαζομαι, *ſaluto. ſalutavit.* 142) L. in Χαιρω, *ſalve.* 143) L. *gallus.* 144) *vero.* 145) L. ut n. 70. ſed gen. ſing. isque abſolute poſitus (§ 25). *eo autem dicente.* 146 - 149) L. *propter quid?* (§ 20) *quia. dixit.* 150) L. ᾀδω, *cano.* ων (§ 13) Particip. Præſ. Act. *canens.* 151) L. παντος, παντι, *omnis, omni.* ſic & accuſ. plur. (§ 4) quintæ ſimpl. *omnes.* 152) L. Εγειρω, *excito.* εις (§ 13) Præſ. Ind. Act. *excitas.* *Citharœdum, qui ſemper ab auditoribus deſerebatur, ſalutavit, Ave galle. illo autem dicente, quid ita? quia, inquit, canens omnes excitas.*

153 154 155 156 157 158 159
Ερωτηθεις, ποιον οινον ἡδεως πινει, εφη, τον αλλοτριον.

153) L. *interrogatus.* 154) L. ποιος, *qualis.* Tertiæ ſimpl. (§ 4) accuſ. ſing. 155) L. *vinum.* accuſ. ſing. *quale vinum.* 156) L. *libenter.* 157) L. Πεινω, *bibo.* ει (§ 13) Præſ. Ind. Act. *bibit.* Latino more Conjunctivus, *biberet.* 158) L. *dixit.* 159) L. *alienus.* Tertiæ ſimpl. (§ 4) accuſ. ſing. *alienum.* *Rogatus, quod vinum* præ cæteris *libenter biberet, reſpondit, alienum.*

160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171
Ονειδιζομενος ποτε, ὁτι εν αγορᾳ εφαγεν, εν αγορᾳ γαρ, εφη, και επεινησα.

160) L. Ονειδιζω, *exprobro, convicior.* ομενος (§ 14) Particip. Præſ. Paſſ. *reprehenſus.* 161) L. *aliquando.* 162) L. *quod, quia.* 163) L. *in,* regit dativum. 164) L. *forum.* Secundæ ſimpl. (§ 4) dat. ſing. *in foro.* 165) L. εφαγε, *comedebat.* in Εφαγον additur ν euphonicum (§ 21).
166 & 167) *in foro.* ut n. 163 & 164. 168) L. *enim.* 169) L. *dixit.* 170) L. *&.* 171) L. in Πεινavτες (rejiciendum eſt enim augmentum ε ut dixi (§ 44) πειναω, *eſurio.* Cum Verbum ſit ſextæ Claſſis (§ 12), σ eſt Characteriſtica Aoriſti I act. Penultima vero α (§ 16), ut in Futuro, ita in Aoriſto primo in η convertitur, tametſi in hoc Verbo πειναω eadem Tempora etiam per α ſint uſitata. *Reprehenſus aliquando, quod in foro comederet, in foro enim, inquit, & eſurii.*

Αλεξανδρυ

172 173 174 175 176 177 178 179 180 181
Αλεξανδρȣ ποτε επιςαντος αυτω, και ειποντος, Εγω ειμι Αλεξανδρος ὁ μεγας
182 183 184 185 186
βασιλευς· Κᾀγω, φησι, Διογενης ὁ κυων.

172) L. *Alexandri.* 173) L. *aliquando.* 174) L. *instantis*, ab εφιςημι, *insto, supervenio.* Genitivus absolute positus (§ 25.) *Alexandro superveniente.* 175) L. *ipsi.* 176) L. *&.* 177) ut n. 145. *dicentis.* Genitivus cum priore connexus. *dicente.* 178 - 182) L. *Ego sum Alexander ille, rex magnus.* Punctum supra lineam (§ 20.) hypocolon nostrum est. 183 - 186) L. *Et ego, inquit, Diogenes canis.*

187 188 189 190 191
Ερωτηθεις ποθεν ειη, Κοσμοπολιτης, εφη.

187) L. *interrogatus.* 188) L. *unde.* 189) L. in Ειμι, *esset.* 190) L. non habet. Sed si dividas (§ 43), occurret in Lexico nostro Κοσμος, *mundus,* & Πολιτης, *civis.* unde *mundi civis,* seu *mundanus.* quod & Socratis responsum fuit, rogantibus, cujas esset, reponere soliti, mundanum se esse, ut Cicero in Tusculanis narrat. 191) L. *dixit.*

192 193 194 195 196 197 198 199 200 201
Ιδων ευπρεπη νεανισκον απρεπως λαλȣντα, Ουκ αισχυνῃ, εφη, εξ ελεφαντινȣ
202 203 204 205
κολεȣ μολιβδινην ἑλκων μαχαιραν;

192) L. *intuens.* 193) L. *excellens.* Primae Contr. (§ 5) accus. sing. 194) L. *juvenis.* Tertiae simpl. (§ 4) accus. sing. 195) L. in Απρεπες, *indecore.* 196) L. Λαλεω, *loquor.* ων, οντος, seu λαλεων, λαλεοντος (§ 13) Part. Praes. Act. quia Verbum est in εω (§ 17.) εο in ȣ contrahitur, λαλȣντος. a quo (§ 4) accus. singul. quintae simpl. *loquentem.*

197) L. *Non.* 198) L. αισχυνω, *pudefacio.* ῃ (§ 14) persona secunda sing. Praes. Ind. Pass. *pudore afficeris, erubescis.* 199) L. *dixit.* 200) L. *ex.* cum genit. 201) L. in Ελεφας, *eburneus.* Tertiae simpl. (§ 4) gen. sing 202) L. *vagina.* Tertiae simpl. idem casus. 203) L. in Μολιβδος, μολιβδινος, *plumbeus.* inde femininum μολιβδινη (§ 7) ος in η. quod in accus. sing (§ 4) ην facit. *plumbeam.* 204) L. Ελκω, *traho.* ων (§ 13) Part. Praes. Act. *trahens.* 205) L. *gladius, culter.* αν (§ 4) accus. sing. Signum interrogandi (§ 20.) *Videns decorum adolescentem indecore loqui. Non erubescis, inquit, e vagina eburnea plumbeum ensem seu cultrum educere?* Pro Infinitivo (§ 39) Participium *educens.*

EXER-

EXERCITATIO ALTERA, POETICA.

Carmen Ariſtotelis in Hermian,

quod extat apud Athenæum *l.* 15 Δειπνοσοφιςον, & Diogenem Laertium *in Vita Ariſtot.*

1 2
Αρετα πολυμοχθε
3 4
Γονει βροτειω,
5 6 7
Θηραμα καλλιςον βιω,
8 9 10 11
Σας περι παρθενε μορφας,
12 13 14 15 16
Και θανειν ζηλωτος Ελλαδι ποτμος,
17 18 19 20
Και πονες τληναι μαλερες
21 22
Ακαμαντας. τοιον
23 24 25
Επι φρενα βαλλεις
26 27 28
Καρπον τ' αθανατον,
29 30 31 32 33
Χρυσε τε κρεσσω, και γονεων,
34 35 36
Μαλακαυγητοιο θ' ὑπνε.

1) Αρετη, *virtus.* η (§ 47) in α. 2) L. *laborioſus.* vocativus ſing. (§ 4) tertiæ ſimpl. 3) L. *generi.* 4) L. *mortalis, humanus.* dat. ſing. (§ 4) tertiæ ſimpl. *humano.* 5) L. non habet. Sed ex Θηραν, *venari,* haud difficulter conjicies, ſignificari *venationem, indaginem, inquiſitionem.* 6) L. καλλιςος, *pulcerrimus.* unde neutrum (§ 7) in ον, quia θηραμα neutrius eſt generis. 7) L. Βιος, *vita.* dat. ſing. (§ 4) tertiæ ſimpl. *vitæ.* *O Virtus laborioſa generi humano, inquiſitio vitæ pulcerrima!*

8) L. Σας, *tuas.* a σος, *tuus.* Eſt vero & alterum σας, ab eodem σος oriundum:

dum: nam τεος (§ 7) in feminino genere fit τεη, cujus genitivus sing. (§ 4) est τεης, & poetice (§ 47) η in α mutato, τεας, *tuæ*. Sequentia ostendent, posterius hoc congruere præsenti loco. 9) *propter*, cum genit. 10) L. Παρθενος, *virgo*. ε (§ 4) voc. sing. tertiæ simpl. 11) L. Μορφη, dorice μορφα, *forma*. inde (§ 4) gen. sing. in ας. *Tuam propter, Virgo, formam.*

12) L. *&*. 13) L. *mori*. 14 & 16) L. *æmulanda sors*. 15) L. Ἑλλαδος, gen. ab Ἑλλας, *Græcia*. dat. sing. (§ 4) quintæ simpl. *Græciæ*. 17) L. *&*. 18) L. Πονος, *labor*. Tertiæ simpl. (§ 4) accus. plur. *labores*. 19) L. *passum esse*, seu *pati*, Aor. II. 20) L. *perniciosos, graves*. casus idem qui n. 18. 21) L. *indefessos*. ας (§ 4) accus. plur. quintæ simplic. *Propter tuam, Virgo, pulcritudinem, vel mori æmulanda sors est Græciæ, & labores exantlare graves atque assiduos.*

22) L. *talem*. accus. sing. (§ 4) tertiæ simpl. 23) L. επι cum accus. *super*. 24) L. Φρενας, accus. plur. a. Φρην, *mens*. α § 4) accus. sing. ejusdem. *mentem, animum*. 25) L. Βαλλω, *jacio, immitto*. εις (§ 13) Præs. Ind. Act. *immittis*. 26) L. *fructum*. accus. sing. (§ 4) tertiæ simpl. 27) L. τε, *que, &*. ε (§ 19) per Apostrophum reciditur. 28) L. *immortalem*. casus idem qui n. 26.

29) L. *auri*. genitivum hunc regit comparativus (§ 27) mox secuturus. quapropter latino more flectendum *auro*, videlicet *meliorem*, ut dicetur. 30) ut n. 27. 31) L. in Κρεσσονες, κρεσσων, *præstantior*. κρεσσω, *præstantiorem, meliorem*; scilicet fructum: neque enim referri alio potest. 32) L. *&*. 33) L. in Γονευς, *parentum*. latine *parentibus*, quia (§ 27) genitivus comparativi. 34) L. non habet: ac ne in magnis quidem Dictionariis reperitur. Sed adjumento est cognatum Μαλακος, *mollis*. οιο est poetica terminatio (§ 48) genitivi singularis. 35) L. θ' pro τε, *&*, sequente aspiratione. propter eam enim (§ 19) τ in θ mutatur. 36) L. *somni*. genitivus, ut n. 29, 33 & 34. *Tantum animo immittis fructum, qui & immortalis est, & auro, ac parentibus, molliqueque somno amabilior.*

37 38 39 40 41
Σευ δ' ἑνεκεν ὁ διος Ηρακλης,
42 43 44 45 46
Ληδας τε κεροι πολλ' ανετλασαν
47 48 49 50
Εργοις σαν αγρευοντες δυναμιν.
51 52 53 54
Σοις δε ποθοις Αχιλλευς,
55 56 57 58 59
Αιας τ' αιδαο δομους ηλθον.

37 - 41) L. *Tui vero caussa divinus Hercules.* 42) Nomen proprium, *Ledae.* nam Graecorum η, quod vulgo ut *i* pronunciatur, re vera latino *e* longo (§ 1) respondet. innumera id exempla docent. 43) L. *que.* 44) L. *juvenes,* filii. οι (§ 4) nomin. plur. tertiae simpl. 45) L. πολλα, *multa.* Apostrophus (§ 19) α haurit. 46) L. non habet. Dividatur (§ 43) & separata particula ανα seu αν (§ 51) investigetur quod supereft. L. Ετλην, *sustinui,* ab stirpe τλαω seu ταλαω. Aoristus in ην quaerendus (§ 14), quia, etsi passiva non est significatio, passiva tamen est terminatio. ησαν (§ 14) in utroque Aor. Ind. est persona ultima. unde, si poetice (§ 47) mutes η in α, provenit ετλασαν, & ανετλασαν, *sustinuerunt.* L. in Ανατλας, ανατλαω, *perfero.*

47) L. Εργον, *opus.* Dativus Modi (§ 25) nobis ablativus, *operibus.* 48) pro σην, ut n. 8. σας pro σης. *tuam.* 49) L. in Αγρευτηρ, αγρευω, *venor.* ων, οντος (§ 13) Particip. Praes. ες (§ 4) nom. plur. quintae simpl. *venantes, aucupantes.* 50) L. in Δυναμει, δυναμις, *potentia.* Secundae Contract. (§ 5) accus. sing. *Tui autem amore divinus Hercules, Ledaque filii* (Castor & Pollux) *multa pertulere, factis tuam aucupantes vim.*

51) L. in Σοισι, *tuis.* 52) L. *vero.* 53) L. *desideriis.* graece Dativus Modi (§ 25) nobis Ablativus. 54 - 56) L. *Achilles Ajaxque.* 57) L. *orci, mortis.* 58) L. *domos.* acc. pl. 59) L. *veni,* Aor. II Ind. Act. Atqui hujus (§ 13) persona ultima est similis primae. *venerunt. Tui vero desiderio* (ardentes) *& Achilles, & Ajax, ad Ditis limina pervenere.*

60 61 62 63 64
Σας δ' ενεκε φιλιυ μορφας
65 66 67
Και Αταρνεως εντροφος
68 69 70
Ηελιυ χηρωσεν αυγας,
71 72 73 74
Τοι γαρ αοιδιμος εργοις,
75 76 77 78 79
Αθανατον τε μιν αυξησυσι Μυσαι
80 81
Μνημοσυνης θυγατερες
82 83 84 85
Διος ξενιυ σεβας αυξυσαι
86 87 88 89 90
Φιλιας τε γερας (*seu* γηρας) βεβαιας.

 60) ut

69) ut n. 8. *tuæ.* 61) L. *vero.* 62) L. *propter, caussa,* cum genitivo. est enim idem, quod ἕνεκα & ἕνεκεν. 63) L. φίλιος, *amicus.* adjectivum generis communis. genitivus sing. 64) ut n. 11. 65) L. *&.* 66) Nomen proprium. Atarnensis ditionis regulus fuerat Hermias, quem mortuum Aristoteles carmine hoc laudat. 67) *alumnus.* nam L. Εντρεφω, *innutrio;* τρεφω, *alo*; præt. med. τετροφα, & εντετροφα. unde, dempto augmento, substantivum εντροφος. 68) L. *solis.* gen. sing. tertiæ simpl. 69) L. *desolavit, viduavit.* latine hoc loco omnium commodissime dixeris *caruit.* 70) L. *lucis.* poetice (§ 47) α pro η. *Tuam vero ob amabilem speciem & Atarnensis alumnus caruit solis lumine.* nam Verba egendi & privandi (§ 33) Genitivum amant.

71 - 73) L. *tibi enim decantatus.* 74) ut n. 47. Dativus Caussæ (§ 25.) *propter opera.* 75) ut n. 28. 76) L. *que.* 77) L. *ipsum.* 78) L. in Αυξησαι, αυξησω, *augebo.* ουσι (§ 13) persona ultima Futuri I Ind. Act. *augebunt.* 79) L. Musæ. 80) L. Mnemosynes, Deæ memoriæ. 81) L. *filiæ.* nomin. plur. 82) L. *Jovis.* 83) L. in Ξενιος, *hospitalis.* Hospitium enim Aristoteli cum Hermia erat. 84) L. *reverentiam, venerationem.* 85) L. in Αυξανω, αυξω, *augeo.* ουσα (§ 13) femininum Partic. Præs. Act. cujus nominativus plur. (§ 4) in secunda simpl. est in αι. *augentes.* 86 & 87) L. *amicitiæque.* 88 & 89) L. *præmium, munus,* seu *senectutem.* 90) L. *stabilis, firmæ.* *Tibi enim ob res gestas decantatus* est, *immortalemque ipsum augebunt Musæ, Mnemosynes filiæ, Jovis hospitalis reverentiam & firmæ amicitiæ præmium ac diuturnitatem augentes.* Hoc est nobile illud carmen, de quo acer criticus Julius Cæsar Scaliger, l. 1 Poetic. c. 44 inquit: *ut etiam perpendas, quantus vir ille fuerit in poesi: neque ipso pindaro minor.*

APPENDIX

De Pronunciatione.

Linguæ Græcæ.

1. Γ ante γ, ξ, aut χ, pronunciatur ut *n*, γκ vero ut *ng.* αγγελλω, nuncio; σφιγξ, Sphinx; ρεγχω, sterto; πεφαγκα, apparui; lege, *angello, sphinx, rencho, pephanga.*

2. H. hodie quidem a pluribus ut *i* pronunciatur: sed verum ejus sonum fuisse *e* longum, quamdiu lingua græca in vivarum numero fuit, vestigia clarissima & plurima ostendunt. Oves a balando μηλα dictas, locuples

ples testis est Varro: sonus autem balantum non *mi* est, sed *mé*. Innumera sunt Latinorum vocabula, a græco η orta, quæ constanter *e* longum habent: ῥητορικη, rhetorice; ποιησις, poesis; αυλητης, auletes; αλφαβητον, alphabetum, quod quis unquam *alphabitum* dixit? aliaque ejusdem rationis sexcenta. Vicissim Græci *e* longum latinorum, quoties id græce scribendum esset, constanter per η transtulere; *Cornelius*, Κορνηλιος, *Felix*, Φηλιξ, *legatus*, ληγατος, *Velabrum* & *velum* apud Plutarchum Βηλαυρον, & βηλον, *Severus* Imperator Σευηρος aut Σεβηρος in omnibus nummis. Parem habent vim hebraica nomina, quorum *dseré* seu *e* longum semper a Græcis in η, rursumque semper a Latinis e græco η in longum *e* nostrum mutatum est. Talia sunt αμην, *amen*; Εμμανουηλ, *Emmanuel*; Ισραηλ, *Israel*; Μιχαηλ, *Michael*; Γαβριηλ, *Gabriel*; Ιωσηφ, *Joseph*; Βηθλεεμ, *Bethlehem*: in quibus allisque similibus, qualia invenerunt apud Hebræos Græci, apud Græcos Latini, talia acceperunt: cum ergo & apud Hebræos, & apud Latinos *e* longum sit, tale & apud Græcos fuisse patet, quippe utrisque in hac re communes. Certum est, hanc pronunciationem durasse usque ad ævum D. Augustini: cum ille l. II de Doctrina Christiana c. 24 dicat: *Beta uno eodemque sono apud Græcos literæ, apud Latinos oleris nomen est.* Imo nono adhuc seculo idem sonus *e* vocali η tribuebatur: scimus enim, Carolum M. a Græcis Legatis dictum esse Αυγουστον, Augustum, cum ceterorum Principum maximus quisque tantummodo Ρηξ, id est more nostro *Rex*, ab eis salutaretur, ut est apud Mamburgum in Hist. Iconoclast. l. IV.

3. Υ sonat ut *u* gallicum; aut u breve hebraicum, seu *kibbúds*. μυς, mus; l. *mus*.

4. Φ & Χ non aspirationem solum, sed & asperitatem quandam poscunt. ταφος, *sepulcrum*; χθες, *heri*; propemodum ut *taffos*, *cchtes*.

5. In diphtongis utramque vocalem audiri debere quidam rati sunt, argumentum ex nomine ipso ducentes: διφθογγος enim est *bis sonans*. Sed sufficit, id in quibusdam accidere, ut in αυ, ευ, ηυ, ωυ. in omnibus non est necesse: nam nec in aliis linguis id obtinet. αι sonat ut *æ*, ει ut *i*; sicut nimirum gallicum *ai* ut æ, *ei* ut é; latinum *æ* vel *œ* ut e, germanicum *ä* ut é. Græcorum οι ut *i* proferri solet; λογοι, *logi*; φιλοσοφοις, *philosophis*. tametsi vocabulorum initio, & in medio, οι in *œ* transit; οικονομια, *œconomia*; σολοικισμος, *solœcismus*. Diphthongi αυ & ευ ante vocalem commodius pronunciantur ut *av* & *ev*, ante consonantem ut *au* & *eu*. certe in latinis quoque dicimus *Evaristus*, *Evergeta*, *Evodius*; contra vero *Eugenius*, *eulogiæ*, *Eumenides*, non *Evgenius*, *evlogiæ*, *Evmenides*.

6. De accentibus disputare operose non juvat. Antiquæ Græciæ ignotos fuisse, inter eruditos constat. Quandocunque inventi sunt, *toni* gratia inventi sunt, ut ipsa nomina docent, *barytonum*, *oxytonum*, *paroxytonum*, *proparoxytonum.* Sed ars hæc *tonorum* ita interiit, ut nemó jam supersit, qui ejus se peritum glorietur. *Quantitatis* autem, quæ a *tono* longissime abest, regula esse accentus non possunt: quod tum ipsarum vocalium græcarum natura, tum præsertim universa carminis ratio luculenter ostendit: de quibus l. de Difficill. Genere Epistolarum satis dictum est epist. 15.

7. Quam igitur, inquiet aliquis, quantitatis regulam in pronunciando sequemur? Eam, quam in latinis: syllaba ultimæ proxima, si longa erit, producetur; sin minus, corripietur. Multo tamen faciliora in græco omnia, quam apud Lantinos: utrisque enim diphthongi omnes longæ sunt; & consonans duplex, nisi muta & liquida concurrat, vocalem quamcunque antecedentem producit: sed Græci præterea *η* & *ω* natura longas habent, *ε* & *ο* natura breves. Supersunt igitur dubiæ tantum tres, *α*, *ι*, & *υ*. de quibus admirabili brevitate Gretserus Instit. Ling. Græc. l. III c. 22 - 25

EXEMPLUM.

Versus duo græci, quorum quilibet omnes alphabeti literas continet: eorum auctor est Tzetzes: leguntur in fragmentis Heraclidis, & l. I Anthologiæ.

Αβροχιτων δ' ὁ φυλαξ, θηροζυγοκαμψιμετωπος,
abrochiton d' ho phulax, therozugocampsimetopos,
Αβρος δ' εν προχοαις κυκλωψ φθογγαζετο μυρμηξ.
abros d' en prochoæs kyclops phthongazeto murmex.

id est:

Molli autem amictus tunica custos, feræ & instar jugi flexæ frontis,
Humidus in alveis Cyclops perstrepebat discurrens ceu *formica.*

HORA

HORA HEBRAICA.

Horam unam, Lector Benevole, si mihi spondes, viam tibi ostendam usque adeo brevem, ut Divinorum Librorum partes omnes, utique ope Lexici, sed sine alio magistro, sine labore alio novo, sine temporis dispendio ullo, per te ipse interpretari tibi aliisve possis. Tantillæ operæ pretium non putas, DEI verbum ex ipso fonte haurire? Ego vero, inquis, ne pronunciandi quidem modum tam peregrinum intra unius horæ intervallum didicero. Assentior hoc tibi, Lector: sed tantum non peto. Sine pronunciandi notitia, intelliges tamen omnia & explicabis. Sed ne ipsa brevitatis pollicitatio moram injiciat, rem ipsam aggredior, & expeditissimas compendii leges profero. Profero, inquam, de alieno, non de meo: inventi gloria pertinet ad V. C. Franciscum Haselbauerum S. J. cujus laboriosissimum Lexicon Hebraicum ita posteritati consuluit, ut nihil in eo genere commodius vel unquam antea visum sit, vel deinceps optari possit. Hoc volumine celeritas ista nititur, atque hoc unum intelligo, cum Lexicon in hac mea Hora Hebraica nomino: Lexicorum sermonis hebraici ceterorum omnium, ut longe diversa ratio, ita alius omnino usus est. Illis utetur, qui usitata via ad Grammaticæ leges addiscere hebraicas literas cupiet: ego iis loquor, qui labori parcere sic desiderant, ut intelligere tamen Divinum Codicem Hebraicum universum possint, abunde futuri contenti, & viarum diverticula libenter ignoraturi, cum absque his ad terminum optatum pervenerint.

Alphabetum.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ vel ך ל מ vel ם
Aleph Beth Gimel Daleth He Vav Zajin Cheth Thet Jod Caph Lamed Mem
נ vel ן ס ע פ vel ף צ vel ץ ק ר ש ת
Nun Samech Ajin Pe Dsade Koph Resch Schin Tav.

Quædam ex his literis elegantiæ gratia dilatantur, significandi tamen vim eandem retinent. Itaque idem valet א & ﬡ Aleph, ﬣ & ה He, ל & ﬥ Lamed, ם & ﬦ Mem, ר & ﬧ Resch, ת & ﬨ Tav.

Lite-

Literarum aliæ ſemper certæ ſunt, aliæ ſemper dubiæ, aliæ alibi certæ, alibi dubiæ. Enumerabo deinde ſingulas, ubi eas prius verſiculis illigavero, quos in memoria hærere felicius, quam literas ſingillatim, omnes propemodum mei teſtati ſunt.

ג ז ח ט ספצר
GiZaCh T & SAPDſaR Certæ ſerventur ubique
מ בדלקש
Mem media: at BDaLKoSch principio metue.
הא כנת
HAleph & CaNuTh Dubiæ timeantur ubique:
י ו
Jod & Vav dubias, ſæpe nec eſſe, puta.

Verſuum hæc eſt ſententia:

א ſemper eſt dubia.
ב initio dubia, alibi certa.
ג ubique certa.
ד initio dubia, alibi certa.
ה ſemper dubia.
ו ſemper dubia; imo initio & medio omnino nulla. Si vocabulum tres tantum habeat literas, earumque media ſit ו, numeretur pro litera, ſed ſolum dubia.

ז ח & ט ubique certæ.

י ubique dubia; imo in medio omnino nulla. Si vocabulum ſit trium duntaxat literarum, earumque media ſit י, numeratur pro litera, ſed dubia. Item ſi literam י in medio vocabulo poſitam præcedat vel ſequatur ו, numerabitur י pro litera, ſed dubia tantum.

כ ſemper dubia.
ל initio dubia, alibi certa.
מ initio & fine dubia, in medio certa.
נ ubique dubia.
ס ע פ & צ ſemper certæ.
ק initio dubia, alibi certa.

ר ubi-

ר ubique certa.
ש initio dubia, alibi certa.
ת ubique dubia.
Hoc literarum discrimine posito, facillimis tribus regulis omnia continentur.

Regula I. Duarum triumve literarum vocabula sub his ipsis in Lexico quære. Sic e. g. בֵּן indagandum est priore litera ב, altera ן; retrorsum enim legunt Hebræi, a dextera ad sinistram. Atque ita reperies, significari *filius*. Sic עָלַץ quære ע, tum ל, & ץ. occurret *exultavit*. Sic יָבוֹא quod trium literarum esse censebis, eo quod ו in medio litera non sit, quære igitur י, tum ב, & א. sub his tribus literis invenies יָבוֹא *veniet*.

Regula II. In quatuor literarum vocabulis, si ultima sit certa, quære tres ultimas; si dubia, quære tres anteriores. יַצְלִח quia ח semper certa est, quære sub צלח & invenies *prosperabitur*. At אַשְׁרֵי quia י est dubia, vipe אשר, sub quo אשרי cum explicationibus diversis reperies: e quibus ut veram deprehendas, illud vocabulum e similibus elige, quod puncta & virgulas tuo quam simillimas habet. Atqui אַ & שְׁ ac demum רֵ in Lexico nostro *beatus* & *beatitudinis* exponitur.

Regula III. Si vocabulum excedat quatuor literas, rursus habēnda est ratio ultimæ, quæ si certa sit, cum duabus proximis indagetur; si dubia, procedatur ad literam proximam, eadem lege; nimirum ut, si certa sit, cum duabus anterioribus quæratur in Lexico: si dubia, denuo ad antecedentem prodeatur, conditione eadem. Quod si hæc quoque dubia fuerit, pergatur modo eodem. Cum vero non nisi tres literæ supererunt, qualescunque eæ fuerint, in illis acquiescatur. תִּתְבַּלַּע ultimam habet certam: quære igitur בלע & invenies *absorbebitur*. מְבֹרֶכֶת duas ultimas cum habeat dubias, reliquæ tres, seu primæ tres vocabuli literæ, quærendæ sunt, מבר. ubi sub his punctis significatio indicatur, *benedicta*.

Si forte, adhibitis his Regulis, vocabulum tamen non occurrat, abjice primam ejus literam, præsertim si ea sit una servilium בכלם *Beclam* aut השדו *Heschdu*, maxime ו quod initio plerumque significat &, ac Verbis præfixum mutat sensum Præteriti in sensum Futuri, & vicissim.

Si vero inventi vocabuli explicatio talis ſit, quæ cum reliqua ſententia non cohæreat, Radicem inquire, quæ derivatis vocabulis omnibus ſub litera *R* in Lexico noſtro additur : ibi ſenſus omnes cujusque vocis occurrent, e quibus aptiorem deligere non erit difficile. Jam ad exercitationem ipſam progrediamur.

PSALMUS CXXX.

hebraice 131.

1 שִׁיר 2 הַמַּעֲלוֹת 3 לְדָוִד

4 יְהוָה 5 לֹא־ 6 גָבַהּ 7 לִבִּי 8 וְלֹא־ 9 רָמוּ 10 עֵינַי

1) Quæritur totum, quia trium duntaxat literarum. (*Regul. I.*) In Lexico reperies quinque diverſas hujus vocabuli notiones. Ex iis ut apte eligas, attende ad puncta literæ שׁ ; eo modo ſcripta vox ſignificat *Canticum.*

2) ת eſt dubia, ו nulla, ל in medio certa: ergo ל cum duabus antecedentibus indaganda. (*Reg. III.*) Jam vero ſub titulo מעל longiſſima congeritur ſeries multo plus quam centum vocabulorum, an tota hæc legenda ? neutiquam: ſed ut parcatur labori ac tempori, ſeriei illius ordinem conſidera, qui in toto Lexico talis eſt, ut initio quidem ponatur vocabulum Tituli purum, tum a principio auctum ordine alphabetico, denique & a fine auctum item ordine alphabetico. Videndum igitur, purumne ſit vocabulum, an & ubi auctum: ac neglectis ceteris, ad eum e dictis tribus ordinibus decurrendum, eique loco adjiciendus oculus, quem vocabuli tui & alphabeti ratio poſcit. Præſens noſtrum מעל non tantum a principio, ſed etiam a fine auctum eſt, & quidem per literam ת (nam ו nulla eſt). atqui ת eſt litera alphabeti ultima, ergo in tota illa ſerie omitte omnia cetera, & ad extremam ſtatim aciem evola, ubi loco ſexto a fine הַמַּעֲלוֹת tuum deprehendes. En ut perpauculis paſſibus, evitatis centum, perventum eſt quo volebamus ! Significatio eſt *gradus.* Si more latino jungas priori vocabulo, habebis *Canticum Graduum.* vulgo *Pſalmus Gradualis.*

3) Eſt

3) Est trium literarum: quia ו nulla est. ergo (*Reg. I.*) totum לדד quæritur. *Davidi.*

4) Hoc quoque trium est literarum, ו expuncto. Sub יהה primo loco vocabulum sacrosanctum invenies, *Jehova* (quod syllabam mediam non brevem, sed natura longam habet) *nomen Dei.*

5. *Non.*

6) Quæritur totum. (*Reg. I.*) *extulit se.*

7) Quæritur item totum. Rationem habe punctorum, & elige *cor meum.*

8) ut n. 5. nam ו, quæ prima est litera, ut monui post Regulam tertiam, mera est conjunctio *&*, ad vocabulum ipsum non pertinens. *Et non.*

9) Quæritur denuo totum. Spectatis punctis, *excelsi sunt.*

10) Medium י cum non sit litera, quæritur עני. sub quo Titulo occurrit loco vicesimo nostrum vocabulum *oculi mei.* Colligamus jam: *Domine Deus, non extulit se cor meum, neque excelsi sunt oculi mei.*

11 12 13 14 15
וְלֹא־הִלַּכְתִּי בִּגְדֹלוֹת וּבְנִפְלָאוֹת מִמֶּנִּי׃

11) ut n. 8. *Et non.*

12 Rejectis י & ה dubiis (*Reg. III.*) quæri necesse est tres, quæ solæ supersunt. Sub Titulo הלך (memento ex Alphabeto, כ & ך eandem literam esse) series est bene longa, inter cujus extrema vocabula situm est nostrum: cum enim a fine auctum sit, ad tertium seriei ordinem pertinet, & quidem ad ejus finem, quia interior seu prior augmenti litera est ת alphabeti ultima. *ambulavi.*

13) Dubiæ ת & ו omittuntur (*Reg. III.*) & quia ל in medio certa est, hæc cum duabus prioribus investigatur. Series Tituli גדל prælonga negotium non facesset, si, quod semel & iterum monui, tertium ordinem, & ת literam respexeris. Verum cum per literam ת aucta ad finem vocabula recenseantur eo loco quadraginta propemodum, juverit observare, illa nequaquam temere accumulata, sed alphabetico præfixorum ordine digesta esse. Præfixum nostri vocabuli est ב secunda alphabeti litera: ergo inter illa per suffixum ת aucta initio statim inquirendum est. *in magnis.*

14) Vox hæc longiuscula fiet brevior, & facilior, si elementa duo prima separaverimus. ו est *&*, ב una ex *Baclam*, de quibus post Regulam III servilium illarum quæ sit potestas, singillatim ad uniuscujusque literæ

initium docet Lexicon nostrum: in quo si ב quaesieris, invenies, literam hanc praefixam exponi per particulas *in, inter* &c. Jam ex residuis sex vocabuli nostri literis cum tres postremae sint dubiae, ת, ו, & א, necessario (*Reg. III*) res ad priores tres tota redit. In serie autem Tituli כפל, ejusque tertio ordine, non jam ad suffixum ת descendendum est, ut in superioribus suasi; sed consistendum in limine tertii ordinis ad literam suffixam א, quippe quae interior sive prior est in vocabulo nostro, quam ת. sic invenies notionem *mirabilia*; cui si junxeris, quae sepofuimus, ו & ב, prodit sensus, *& inter mirabilia, & in mirabilibus.*

15) Recisa י dubia (*Reg. II*) quaeritur ממן: nam נ & ן eadem sunt alphabeti litera. Delabere statim, omissis prioribus, ad suffixum י, ubi vox nostra explicatur *a me*. Tota ergo sententia est: *Neque ambulavi in magnis & in mirabilibus a me,* sive *super me,* a me sursum elatis.

20 19 18 17 16
אִם־לֹא שִׁוִּיתִי וְדוֹמַמְתִּי נַפְשִׁי

16) *Si.*
17) *non.*
18) Cum in hoc vocabulo ו non numeretur pro litera, & י ultimum rejiciendum sit, utpote litera dubia (*Reg. II.*) quaeres שית, in cujus serie inter suffixa י explicatio occurret, *posui, constitui.*
19) י & ת ad inquisitionem inutiles, quia dubiae. מ media certa, cum duabus praecedentibus (*Reg. III.*) Titulum דמם efficit: nam ו nulla est. In ejus serie vocabulum nostrum est ultimum. *silere feci.* ו praefixum, &.
20) י dubia: quaeritur ergo, quod superest. Omissis ceteris, transi ad suffixum י, ubi legis, *anima mea.* cui, quoniam casibus Hebraei carent, tu ipse casum idoneum tribue, atque ita construe: *Si non posui,* deposui, ad modestiam composui, *& silere jussi animam meam.*

26 25 24 23 22 21
כְּגָמֻל עֲלֵי אִמּוֹ כַּגָּמֻל עָלַי נַפְשִׁי׃

21) ל certa hoc loco, cum מ & ג (*Reg. II.*) quaeritur. In ejus serie vide ordine secundo praefixum כ, & invenies sensum *sicut ablactatus.*
22) Quaeritur totum. (*Reg. I.*) *ad, super.*
23) Et hoc totum quaere. *mater ejus.* Construe, *ad* seu apud *matrem suam, super matre sua.*

24) ut n. 21, uno mutato puncto, eodem ſenſu. *ſicut*, ſeu ſic, *ablactatus*.
25) ut n. 22, ſed mutatis punctis. *ad, ſuper me.*
26) ut n. 20. *anima mea.* Contexe hæc cum ſuperioribus: *Si non demiſi, & ſilere juſſi animam meam*: *ſicut ablactatus* (intellige *eſt*, quod paſſim omittunt Hebræi) *ſuper matre ſua, ita ablactata* ſit *ſuper me anima mea.*

33 32 31 30 29 28 27
יַחֵל יִשְׂרָאֵל אֶל־יְהוָה מֵעַתָּה וְעַד־עוֹלָם

27) *Exſpecta.* ſive, ut in ipſa Radice ſeu Titulo additur, *ſpera.*
28) ל hoc loco eſt certa: ergo (*Reg. III.*) quæritur ראל, inter cujus præfixa ſuo ordine legitur *Iſrael.*
29) *ad, apud, ante, prope, circa, contra, erga, in* &c. pro natura orationis. aptiſſimum hic eſt *in.*
30) ut n. 4. *in Domino, in Deo.*
31) ה dubia ſeponitur: proinde (*Reg. II.*) ceteræ inveſtigantur. *ex nunc.*
32) ו *&.* עד *uſque, uſque ad.*
33) Cum ו hic nulla ſit, reliquum quæritur totum. *ſeculum. Spera Iſrael in Domino ex nunc uſque in ſeculum.* Per occaſionem vocabuli hujus ultimi obſervo, idem eſſe, ſive inter literas hebraicas occurrat ו, ſive omiſſa litera ו ſolum ejus punctum ſupra lineam appareat. Sic in præſente exemplo עוֹלָם & עֹלָם idem ſunt, & in Lexico quoque noſtro eandem explicationem habent. Similis caſus ſi inciderit, vel utrumque vocabulum, vel certe alterutrum quærenti tibi in Lexico ſatisfaciet.

Hæc explicandi ratio ſicui minus probabitur, quod nullam penitus rationem reddere doceat, & expertem univerſæ grammaticæ tironem relinquat: habet meum Trifolium Hebraicum, quod Ulmæ primum ſeparatim, deinde Auguſtæ Vindelicorum cum Hierolexico meo conjunctum prodiit. Hujus Methodi & Lexici ope intra pauciſſimas horas ita explicare diſces locum quemlibet Hebraici Canonis, ut etiam grammaticæ rationem afferre, tibique & aliis ſatisfacere poſſis. Id experimentis plurimis per annos aliquot comprobatum, tam multos jam teſtes habet, ut nullus dubitandi locus relictus ſit. Qui Methodi brevitatem ſuis ipſe oculis & clepſydra metiri voluerit, ad finem Hexaglotti Alterius occaſionem nanciſcetur: ubi Hora Syriaca, Hebraico meo Trifolio ſimillima, membratim in quadrantes ſuos diviſa occurret.

APPENDIX

De Pronunciatione

Linguæ Hebraicæ.

1. א nullum habet sonum, sed semper est mutum.
2. ב pronunciabatur olim ut *bh*, nunc facilius ut *v*. בּ ut *b*.
3. ג & ד olim ut *gh* & *dh*; nunc facilius sine aspiratione, ut *g* & *d*.
4. ה initio & medio ut *h*; in fine mutum est, nisi scribatur הּ cum puncto *mappic* in ventre.
5. ו ut *v*.
6. ז ut *z* seu *ts*.
7. ח & כ ambo ut *ch*, sed illud lenius, istud asperius: nam soni prorsus ejusdem duas excogitare figuras seu literas inutile fuisset. Esse autem ח mitius, כ seu ך asperius, inde apparet, quod in nominibus propriis hominum & locorum græce latineque versis כ in χ & *ch*, ח autem in spiritum asperum & literam *h* transit, vel etiam omnino expirat. Sic *Michæas*, *Malachias*, *Zacharias*, *Melchisedec*, *Machmas* urbs, ex hebraico כ nascuntur; *Nahum*, *Bethlehem*, *Heva* seu *Eva*, *Joannes* sive *Johannes*, *Noe*, *Core*, *Thare*, ex ח oriunda sunt. Duplicem vero sonum literæ *ch* appositissime ad rem præsentem nobis lingua germanica subministrat: asperum enim est *ch* in verbis *machen*, *lachen*, *wachen*, lene in *nach und nach*, *nacheilen*, *nachahmen*. imo in eodem vocabulo discrimen hoc sentias: nam *weich*, si mollem significat, & ipsum molle est; si cedere jubet, duritiem habet græco χ persimilem. Quapropter sonum leniorem per *ch*, asperum per χ indicabo.
8. ט ut *t*.
9. י ut j consonans.
10. כ (in fine ך) modo explicatum est § 7. כּ ut *c* vel *k*.
11. ל ut *l*. מ (in fine ם vel ם) ut *m*. נ (in fine ן) ut *n*. ס ut *s*.
12. ע non est litera muta, sed proprium sibi sonum habet, qui aspiratio est, minus tamen densa, quam in nostro *h* auditur. Diuturna experientia didici, auditores hunc sonum haud difficulter agnoscere, sed ægre imitari, præsertim exteros, qui aspirationi minus assuevere. Ego sonum hunc, quem h imperfectum appellare soleo, per *h cursivum* designabo.

13. ב

13. פ (in fine ף) ut *ph.* פּ ut *p.*

14. צ (in fine ץ) ut *ds*: ne penitus cum ז conveniat. Lenius autem esse צ seu ץ, docent nomina propria in græcum latinumque translata, quæ literam ז per ζ & *z*, צ autem per simplex σ & *s* nobis repræsentant. Sic *Zacharias, Zabulon, Eliphaz,* in hebraico per ז scribuntur: *Sophonias, Sedecias, Sador, Sidon, Sarepta,* a litera צ proveniunt.

15. ק ut *k.* ר ut *r.* שׁ ut *sch*, שׂ ut *s* protractum, quale in italico sermone post consonantes auditur; & hic quoque, ut ibi, per *s cursivum* a me significabitur. Est nimirum sonus inter ס & שׁ medius, propior tamen huic, cujus & figuram habet.

16. ת ut *th,* תּ ut *t,* cum quodam tamen sibilo, qui literis exprimi nostris non potest.

17. Puncta vocalia longa quinque sunt. ָ a, ֵ e, ִי i, וֹ vel ֹ o, וּ u. Itaque lege שָׁ *schá,* שֵׁ *sché,* שִׁי *schí,* שׁוֹ vel שֹׁ *schó,* שׁוּ *schú.* Particula tamen וּ *&*, initio vocabulorum, brevis censetur.

18. Totidem sunt puncta vocalia brevia: ַ a, ֶ e, ִ i, ֳ o, ֻ *u* gallicum, seu υ græcum, quod etiam ideo sæpe per *y* latinum repræsentatur. לַ *la,* לֶ *le,* לִ *li,* לֳ *lo,* לֻ *lu* aut *ly.*

19. Tria puncta brevissima: Schevá simplex, ְ e, & compositum geminum, ֲ a, & ֱ e. מְ *me,* מֲ *ma,* מֱ *me.*

20. *O* breve ֳ sæpe scribitur ָ, tumque ab *a* longo (ָ) dignoscitur, si sequatur Schevá, nec ullus inter ea accentus intercedat. קָרְבָּן *korbán,* חָכְמָה *choχmá.* contra legitur חָכְמָה *chaχemá,* quia accentus ָ & ְ separat. Attendendum est autem ad Schevá occultum, quod non scribitur, sed tantum intelligitur; videlicet sub omnibus literis finalibus non mutis, & in medio cujusque literæ per immissum Dagésch (de quo mox §23) geminatæ. Sic וַיָּקָם *vaijákom,* non *vaijákam*: quia sub ם finali intelligitur Schevá, nec a præcedente ָ per accentum dirimitur. Sic רָנּוּ *ronnú,* non *rannú*: quia Nun per punctum Dagésch geminatur, & ideo sonat ut duo N, inter quæ intelligitur Schevá mutum. Præterea ָ legitur ut *o,* si sequatur aliud ejusmodi o non finale. הָאָמָר *hoomár,* non *haomár.* Ex-

cipitur

cipitur initio vocabulorum כָ, בָ, לָ, וָ, & הָ nominibus præfixum, quæ semper ut *a* longum sonant.

21. Accentus, cujuscunque formæ seu figuræ sit, si sit unicus vel ultimus in vocabulo, dicitur tonicus sive grammaticus, & syllabam acuit. Ceteri appellantur rhetorici seu musici, solius euphoniæ gratia olim inventi, nobis haud necessarii.

22. Schevá (ְ)

Post longam imbellem, geminatarumque priorem,
Post socium, & Dagésch, principioque sonat.

Alibi mutum est, nominatim in fine, etiam si duplex Schevá in fine vocis occurrat. Exempla rem declarabunt. מֵרְצוֹנוֹ *mered-sonó*: sonat ְ ideo, quia *post longam imbellem*, id est, non armatam accentu tonico: nam sub מ e longum est, nec accentu armatum. אֹמְרִים *omerím*: quia o longum, post quod sequitur Schevá, habet quidem accentum, sed tantum rhetoricum & imbellem: tonicus enim ultimam syllabam acuit & armat. הַלְלוּ *halelú*; quia ְ est post *geminatarum priorem*, seu sub priore ex geminis literis ל. נִרְדְּפָה *nirdephá*: ubi pronunciatur ְ sub ר, quia est *post socium*, seu post aliud ְ sub litera ר præcedens. רִדְּפָה *riddephá*: quia ְ est post *Dagésch*, forte nimirum (de quo § sequente) id enim solum hic intelligo. שְׁמוֹ *schemó*: quia *principio sonat*. Si nulla harum caussarum adsit, Schevá mutum est. אֶשְׁתֶּה *eschté*.

23. Dagésch, punctum in ventre, aspirationem literis tollit, & ב in *b* mutat, cum sine Dagésch ut *v* sonaret. Initio vocum, & post ְ mutum, est lene; alibi forte, cujus officium est literam duplicare. דָּבָר *davár*, בַּר *bar*, דִּבֵּר *dabbér*, מִדְבָּר *midbár*.

24. Litera י muta est post ָ post ֵ post ֶ & post ַ sequente ו. רִיק *rik*, שָׂרֵי *saré*, non *saréi*, אָחִיךָ *achíχa*, non *acheiχa*, דְּבָרָיו *devaráv*, non *devarain*

25. Vides ex hactenus allatis, legi hebraice a dextera ad sinistram, & consonantem sonare ante vocalem. Solum excipitur ַ furtivum, quod sub fina-

finalibus literis ח , ע , aut הּ ponitur : id enim ſonat ante illas, & cum præcedente vocali in unam ſyllabam coaleſcit. מָשִׁיחַ *Ma-ſchíach* diſſyllabum , non *Maſchícha*; אֱלוֹהַּ *E-lóah* diſſyllabum , non *Elóha.*

EXEMPLUM,

quo non tantum omnes hebraicæ literæ ſub omnibus figuris, omniaque puncta vocalia , ſed omnes etiam difficultates continentur, quæcunque occurrere hebraice legentibus poſſunt.

Verſiculus prior , Sophoniæ III 8.

לָכֵן חַכּוּ־לִי נְאֻם־יְהוָה לְיוֹם קוּמִי לְעַד׃
: lehád kumí lejóm Jehová-neum li - chaccu Laχén
:perpetuum in ſurgam qua diem in, DEUS dicit, me expectate Quapropter

כִּי מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם לְקָבְצִי מַמְלָכוֹת
mamlaχóth lekovdſí gojím leeſóph miſchpatí kí
,regna colligam ut , gentes congregem ut, meum judicium quia

לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם זַעְמִי כֹּל חֲרוֹן אַפִּי כִּי
kí appi charón col zahmi halehém liſchpóch
quia ;meæ iræ æſtum omnem , meam indignationem eos ſuper effundam ut

בְּאֵשׁ קִנְאָתִי תֵּאָכֵל כָּל־הָאָרֶץ׃
haáreds - col teaχél kinathí beéſch
.terra omnis devorabitur mei zeli igne in

Chaccu - li. Virgula hæc transverſa, quæ Maccaph dicitur, copulat voces, ita ut uno tractu ſimul pronuncientur, & accentus in vocabulum poſterius differatur. non *chaccú*, ſed *chaccu-lí*; & ſtatim poſtea, non neúm, ſed neum - Jehová : pro quo tamen, ob nominis hujus Divini reverentiam, pronunciari ſolet *Adonáj*.

Lehad. Accentus hujus vocabuli (‸) dicitur *Athnách* ſeu reſpiratio : & eandem fere vim habet, quam apud nos duo puncta ſive colon. Supra hoc vocabulum (lehád) in melioribus hebraicis exemplaribus cernitur exiguus

circulus, instar latini *o*, aut zeri arithmetici. Nota hæc, quæ *Keri-kethív* dicitur, indicio est, vocabulum aliter scriptum esse, quam pronunciandum sit; vel a communi lege pronunciandi aut scribendi recedere. In margine brevissime docetur, quid arcani lateat. Ad præsentem Sophoniæ locum monetur in margine, legi hic præter morem *a* breve cum accentu *Athnách*, qui jure suo ordinario vocalem longam posceret.

Leesóph Duplicem habet accentum, quorum prior rhetoricus seu euphonicus tantum; alter tonicus, qui syllabam suam acuit, ac proinde facit, ut ultima producatur.

Gojím, non *goím*. Jod enim, ut § 24 hujus Appendicis habes, mutum quidem est, si post punctum i (.) sequatur: hic vero *i* vocalis (.) post consonantem י sequitur, eique sonum suum naturalem relinquit.

Lekoudsí. Punctum ָ non est hoc loco *a*, sed *o*: quia sequitur ְ nullo intercedente accentu. (§ 20 Append.)

Lischpóch. Utrumque ְ mutum est; primum, quia nullam habet caussam sonandi ex illis quinque, quæ disticho (§22) comprehenduntur; alterum, quia in fine nunquam sonat, vel si bis continenter ponatur.

Halehém. non *h*aleihem: quia י post ֵ (§ 24) mutum est.

Teachél. Rursum accentus duplex, quorum posterior tonicus, ut paulo ante in vocabulo *leesóph*.

Col-haáreds. *Col*, non *cal*: quia (§20) litera finalis ל sub se habet ְ occultum, quod a puncto ָ per nullum intercedentem accentum separatur. *Haáreds* est *Millel*, cum cetera omnia fuerint *Milrá*. *Millel* appellatur, quod accentum in penultima habet; *Milrá* quod in ultima: sunt autem multo plura *Milrá* Hebræis, quam *Míllel*. Duo nodi seu puncta crassiora signum sunt, sententiam esse finitam, uti apud nos per punctum majus fit.

Versiculus posterior, ex toto Sophonia collectus.

חַרְבִּי	חַלְלֵי	נִכְרְתוּ	קָדְשִׁי	וּבְנֵי
,charbí	chalelé	niχrethú	kodschí	Uvné
, meo gladio	interfecti	perierunt	meæ sanctitatis	filii Et
				אֶהְפֹּךְ

קְרָאִין	וּבָתֵּיהֶם	הַשָּׂרִים	אֶהְפֹּךְ
keruáv	; uvottehém	haſſarím	ehpóch
ejus vocati	; eorum domicilia &	, principes	evertam

צְבָאוֹת	יְהוָה	וְיָשֵׂם	יְבֹזּוּם
Dſevaóth	Jehová	vejaſém	jevozzúm
Exercituum	Dominus	ponet &	: eos diripient

הַהוּא	בַּיּוֹם	שֹׁפְטֶיהָ	וְעַל	עַל־יְרוּשָׁלָם
hahú	baijóm	ſchophetehá	vehal	Jeruſchaláim hal
illa	die in	ejus judices	ſuper &	Jeruſalem ſuper

צֹרַח	מִשְׁפָּטֶיךָ	יַעֲשֶׂה	בַּצָּהֳרַיִם	חֹשֶׁךְ
; dſorʻach	miſchpatájiχ	jahase	, badſſohorájim	chóſcheχ.
; clamans ira in	tuum judicium	faciet	, meridie in	tenebras

בִּלְבָבָהּ׃	שֹׁאָה	אֲדֹנָי	מִפְּנֵי	שָׁמְעָה
.bilvaváh	ſchoá	, Adonáj	mippené	,ſchamehá.
.ejus corde in	anxietas,	Domini	facie a	audivit

Uvné. non *uvené*: quia וּ initio vocabulorum (§17 hujus Appendicis) cenſetur vocalis brevis: unde fit, ut ſequens ְ nullum ſonandi jus habeat.

Kodſchí. non *kadſchí*: quia ָ & ְ nullo accentu diſtinguuntur.

Niχrethú. Schevá ſub Reſch ſonat, quia *poſt ſocium*, id eſt, poſt aliud ְ præcedens. (§22.)

Chalelé. Schevá auditur, quia poſt *geminatarum priorem* (§22) ſeu poſt primum e duobus ל.

Uvottehém. non *uvattehém*: nam occultum illud ְ (§20) quod in ת latet, neceſſario mutum eſt, cum ne quidem ſcribatur: ante mutum autem vocalis ָ ſemper eſt *o*, etiamſi accentum proxime poſt ſe habeat.

Keryáv. י quieſcit, ſeu mutum eſt, quia poſt ָ ponitur, ſequente Vav. (§24.)

Jevozzúm. per *o*, non per *a*, ob Dagéſch literæ Zájin infixum: ut paulo ante *uvottehém*. Accentus *Athnách* noſtrum colon ſeu duo puncta ſignificat.

Jeruschaláim. Vox Míllel: in qua י ante *i* vocalem omittitur, brevitatis gratia, quoniam vocabulum hoc frequentissime redit.

Schophetehá. י quiescit ֶ præcedente. (§ 14.) Tres accentus in eodem vocabulo, duo rhetorici, unus tonicus.

Chóschex. Punctum, quod in cornu literæ Schin ponitur, servit hic simul pro *o* longo: alioqui ח nullam haberet vocalem, nec pronunciari posset. Schevá finale mutum est.


Badssohoráyim. Legitur *dsso*, non *dssa*: quia proxime sequitur aliud *o* breve non finale. (§ 20.)


Dsoréach. - furtivum, quia sub ח finali. (§ 25.) Ideo non est vox trium, sed duarum syllabarum; nec Míllel, sed Milrá.

Schamehá. non schome*há*: quia inter ֶ & ְ intercedit accentus. (§ 20.)

Mippené. Schevá sonat, quia post Dagésch forte. (§ 22.)

Schoá. ה finale mutum, quia sine *mappic* (§ 4.) Contra *Bilvavâh*, quia הּ scribitur. Duo nodi finem versiculo & exemplo imponunt.





HORA



HORA CHALDAICA.

Quæcunque in Hora Hebraica dixi, in Chaldaica repeto: adeo enim communia sunt iis omnia, ut, qui illius præceptiones didicit, hujus quoque, etsi inscius & aliud agens, legibus omnibus se imbuerit. Idem hebraicis chaldaicisque literis alphabetum est: eadem utrisque dubiarum & certarum distinctio: eædem tres Regulæ, quibus hic quoque omnia absolvuntur. Præclarum idem Lexicon, quod in hebraicis veluti Cynosuram proposui, chaldaica quoque complectitur, & eandem propemodum facilitatem etiam horum tironibus præbet. Ne omnino eandem præberet, tum editionum, tum dialectorum varietas prohibuit: nam & editiones aliæ aliis punctis persæpe utuntur, & ipsæ dialecti sermonis chaldaici non longe quidem, frequenter tamen, levi quodam vocabulorum flexu inter se discrepant. Non est igitur, studiose Lector, cur turberis, si alia se tibi puncta in Lexico offerant, alia in editione tua legantur, vel si etiam literula nonnunquam abludat. Contigua ejusdem stirpis vocabula in Lexico, atque ipsius etiam orationis contextus, siquid erit dubii, facile illustrabunt. Tu, si Hebraica nostra legisti, recole; sin minus, lege: ego ad Exercitationem progredior, ex ipso Codicis Divini initio eam petiturus.

LIBRI GENESEOS

principium.

7 6 5 4 3 2 1

בְּקַדְמִין בְּרָא יְיָ יָת שְׁמַיָּא וְיָת אַרְעָא׃

1) ן litera dubia est, י in medio vocabulo nulla, מ in medio certa. Itaque (*Reg. III.*) מ cum duabus proxime prioribus quæratur in Lexico. Titulus קדם (nam מ & ם in alphabeto idem sunt) habet seriem centum omnino ac triginta vocabulorum. Ut operæ ac tempori consulatur (*Exerc. Hebr. n.* 2.) prætermitte cetera omnia, & in tertio ordine adi

suffixa ꞁ, ubi vocabulum præsens reperies cum explanatione: *in principio.*

2) Quæritur totum. (*Reg. I.*) *creavit.*

3) Idem est ac יְהֹוָה, de quo in Exerc. Hebr. n. 4. In Chaldaico Targum ubique tria י scribuntur, more Hebræorum veterum: hodierni Judæi, fortassis odio Divinarum trium Personarum, antiquam illam formam ad duo י contraxere: quem morem & Lexici nostri Auctor secutus, Titulum יי posuit.

4) Quære suo loco, & intelliges, esse articulum accusativi casus: cum enim Chaldæi juxta ac Hebræi casibus nominum careant, præfixis articulis eorum loco utuntur.

5) Vocabulum est trium literarum (י enim nulla est) ac proinde indagandum totum. *cæli.* atque ob articulum accusativi præcedentem, *cælos.*

6) ו &. ut monui post Regulam III. Tum articulus accusativi, ut n. 4.

7) Cum א sit dubia (*Reg. II.*) tres priores quæruntur. In ejus Tituli serie statim initio tertii ordinis vocabulum nostrum se offert, quippe cujus suffixa litera sit א, omnium prima. *terra.* *In Principio creavit Deus cælos & terram.*

15	14	13	12	11	10	9	8
תְּהוֹמָא	אַפֵּי	עַל־	וַחֲשׁוֹכָא	וְרֵקָנְיָא	צַדְיָא	הֲוָת	וְאַרְעָא

8) ut n. 7. ו præfixum, &. *Et terra.*

9) *Fuit.*

10) Vocabulum trium literarum, quoniam י nulla est, quæritur totum. (*Reg. I.*) *vasta, desolata.*

11) ו præfixum, &. a fine rejicitur א dubia. י nulla est. relinquitur רקנ seu רקן, sub quo Titulo reperies רֵיקָנְיָא (nam & hoc modo scribitur) *vacua.*

12) ו &. ו alterum cum pro litera non numeretur, & א sit dubia, quærendum restat חשכ seu חשך, & *tenebræ.*

13) *Super.*

14) *Facies.* *super faciem.* Additur in Lexico *constr.* quod ubi sit, indicio est, eam vocem esse *in statu regiminis*, sive *constructo*, id est, latino more loquendo, regere sequentem genitivum.

15) Vo-

15) Vocabulum quatuor literarum, quia ו nulla est. א dubia. quare (*Reg. II.*) quærendus Titulus תהמ seu תהם. *abyssus.* Fit genitivus, quia præcedens vocabulum est in statu constructo. *Et terra fuit vasta, & vacua: & tenebræ* (erant) *super faciem abyssi.*

16 17 18 19 20 21
וְרוּחָא דַיְיָ מְנַשְּׁבָא עַל אַפֵּי מַיָּא׃

16) ו &. ו alterum non numeratur pro litera. itaque (*Reg. I.*) quod superest, quæritur totum. *spiritus, ventus.*
17) Quære דיי, & invenies *Domini.* יְיָ ut n. 3. ד nomini præfixum in chaldaicis nota est genitivi, ut Lexicon nostrum observat in ipso vestibulo literæ ד.
18) Præterita litera א dubia, ב hoc loco certa cum duabus prioribus (*Reg. III.*) si quæratur, ostendet sensum, *flans, perflans.*
19) ut n. 13. *super.*
20) ut n. 14. *super faciem.*
21) Quæratur totum (*Reg. I.*) *aquæ.* fit genitivus *aquarum* ob præcedens vocabulum in statu constructo positum, ut n. 15. Collige sententiam: *Et spiritus Domini flans super faciem aquarum.* intellige *erat*: nam Verbo *sum* Chaldæi & Hebræi parce utuntur.

22 23 24 25 26 27
וַאֲמַר יְיָ יְהֵא נְהוֹרָא נַהֲוָה נְהוֹרָא׃

22) ו &. *dixit.*
23) *Deus.* ut n. 3.
24) *erit.* Futurum pro Imperativo, more hebraico. *fit.*
25) Vox quatuor literarum, quia ו nulla. Recisa dubia א, quære נהר, in cujus serie ad ipsum initium tertii ordinis occurrit vocabulum nostrum. *lux.*
26) ו &. Reliquum quæritur totum. *fuit.*
27) ut n. 25. *Et dixit DEUS, fit lux. & fuit lux.*

HEXAGLOTTON ALTERUM,

DOCENS LINGUAS, ANGLICAM, GERMANICAM, BELGICAM, LATINAM, LUSITANICAM, ET SYRIACAM,

UT INTRA BREVISSIMUM TEMPUS OPE LEXICI LIBROS EXPLICARE DISCAS.

AUCTORE

IGNATIO WEITENAUER S. J.

LINGUARUM HEBRAICÆ ET GRÆCÆ IN ALMA LEOPOLDINA OENIPONTI PROFESSORE.



Cum Approbatione & Privil. Cæsareo.



AUGUSTÆ VINDEL. ET FRIBURGI BRISG.

Sumptibus Fratrum WAGNER, Bibliopolarum.

MDCCLXII.

HEXAGLOTTON
ALTERUM,
DOCENS LINGUAS,

ANGLICAM, GERMANICAM, BELGI-
CAM, LATINAM, LUSITANICAM,


ET

SYRIACAM,


UT INTRA BREVISSIMUM TEMPUS OPE LEXICI
LIBROS EXPLICARE DISCAS.

AUCTORE

IGNATIO WEITENAUER S. J.
LINGUARUM HEBRAICÆ ET GRÆCÆ IN ALMA
LEOPOLDINA OENIPONTI PROFESSORE.



Cum Approbatione & Privil. Cæsareo.



AUGUSTÆ VINDEL. ET FRIBURGI BRISG.
Sumptibus Fratrum WAGNER, Bibliopolarum.
MDCCLXII.



Facultas R. P. Provincialis Provinciæ Germaniæ Superioris Societatis JESU, cum Privilegio Cæsareo.

Cum D. Ignatius Wagner, Bibliopola Augustanus, typis vulgare desideret Librum, cui titulus: Hexaglotton alterum variarum Linguarum &c. à P. Ignatio Weitenauer, Societatis JESU Sacerdote, conscriptum; Ego Mathias Stöttlinger, ejusdem Societatis per Germaniam Superiorem Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi facta ab A. R. P. N. Laurentio Ricci, universæ Societatis JESU Præposito Generali, Eidem ad hanc primam duntaxat dicti Libri editionem facultatem impertior; simúlque communico Privilegium Cæsareum, quo aliis Bibliopolis, atque Typographis omnibus interdicitur, ne Librum illum, aut alium quemcunque a Nostris scriptum, citra consensum Superiorum recudere, aut intra fines Sacri Romani Imperii inferre præsumant. In cujus rei fidem has Ei manu propria subscriptas, & consueto officii mei sigillo munitas dedi. Ratisbonæ 9 Nov. 1761.

(L.S.) Mathias Stöttlinger.

PRÆFATIO.



Lectoris benevolentia, qua Hexaglotti mei prioris editio prima & secunda excepta est, ac jam pridem tertia flagitata, denique apud me effecit, ut istud quoque Hexaglotton Alterum committere prælo auderem. Primum in hoc locum tribuo Linguæ Anglicæ, laude & gratia apud Germanos, si unquam alias, certe nunc florenti. Germanicam ita propono, ut non libris tantum, sed epistolis etiam scriptisque forensibus intelligendis auxilia subministrem, propterea quod multi sint, quorum multo plus intersit, literarum sensum assequi, quam librorum. Germanicæ filiam addidi Belgicam, ut Latinæ Lusitanicam, & istam quidem iisdem rationibus ductus, quæ me ad Hispanicam in Hexaglotto primo docendam permoverant. Atque ut illi coronidem imposuit Hebraicum & Chaldaicum, quæ Veteris Instrumenti Libris Divinis servirent: ita hic sexto loco Syriacam Linguam veluti ceterarum clausulam collocavi, ut Instrumento Novo adjumentum afferrem. Vale, Lector Benevole, & ex his Linguis eam aut eas elige, unde potissimum sperare commodum ad nominis Divini gloriam in omnem vitam licebit.

INSTI-

Facultas R. P. Provincialis Provinciæ Germaniæ Superioris Societatis JESU, cum Privilegio Cæsareo.

Cum D. Ignatius Wagner, Bibliopola Augustanus, typis vulgare desideret Librum, cui titulus: Hexaglotton alterum variarum Linguarum &c. à P. Ignatio Weitenauer, Societatis JESU Sacerdote, conscriptum; Ego Mathias Stöttlinger, ejusdem Societatis per Germaniam Superiorem Præpositus Provincialis, potestate ad id mihi facta ab A. R. P. N. Laurentio Ricci, universæ Societatis JESU Præposito Generali, Eidem ad hanc primam duntaxat dicti Libri editionem facultatem impertior; simúlque communico Privilegium Cæsareum, quo aliis Bibliopolis, atque Typographis omnibus interdicitur, ne Librum illum, aut alium quemcunque a Nostris scriptum, citra consensum Superiorum recudere, aut intra fines Sacri Romani Imperii inferre præsumant. In cujus rei fidem has Ei manu propria subscriptas, & consueto officii mei sigillo munitas dedi. Ratisbonæ 9 Nov. 1761.

(L.S.) Mathias Stöttlinger.

Horæ Anglicæ

Quadrans primus.

1. ARticulus Anglorum definitus (Germanis der, die, das) est *the*, generis omnis, & utriusque numeri. Articulus unitatis (ein, eine) est *a* seu *an*. Nota Genitivi & Ablativi est *of*, Dativi *to*.

2. Pluralis Nominum fit adjecto *s* vel *es*. *Word*, verbum; *Words*, verba: *a Dictionary*, Lexicon; *the Dictionaries*, Lexica.

3. Comparativus desinit in *er*, Superlativus in *est*. *hard*, durus; *harder*, durior; *hardest*, durissimus.

4. Conjugatio Verbi Auxiliaris *to have*, habere.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium personarum.
Indicat. Præsens.	*have*,	*hast*,	*hath* vel *has*:	*have*.
Imperf. & Perf.	*had*,	*hadst* vel *haddest*,	*had*:	*had*.
Præter. compos.	*have had*,	*hast had*,	*has*(*hath*) *had*:	*have had*.
Plusquamperf.	*had had*,	*hadst*(*haddest*)*had*,	*had had*:	*had had*.
Futurum.	*shall have*,	*shalt have*,	*shall have*:	*shall have*.
Imperativus.		*have*:		*have*.
Conjunct. Præsens.	*have*,	*hast*,	*have* vel *hath*:	*have*.
Imperfectum.	*should have*,	*shouldest have*,	*should have*:	*should have*.

Infinitivi Præsens. *to have*. Præterit. *to have had*.
Particip. Præsentis. *having*. Particip. Præter. *having had*.
Supinum. *had*. Gerundium in *di*. *to have*.
do. *in having*.
dum. *for to have*.

Quadrans secundus.

5. Conjugatio Verbi Auxiliaris *to be*, esse.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium personarum.
Indicat. Præsens.	*am*,	*art*,	*is*:	*are* vel *be*.
Imperfect. & Perf.	*was*,	*wast*,	*was*:	*were*.
Præter. compos.	*have been*,	*hast been*,	*has*(*hath*)*been*:	*have been*.
Plusquamperf.	*had been*,	*hadst* (*haddest*) *been*,	*had been*:	*had been*.

Ego.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium personarum.
Futurum.	*shall be*,	*shalt be*,	*shall be*:	*shall be*.
Imperativus.		*be*:		*be*.
Conjunctivi Præsens.	*be*,	*bi* vel *beest*,	*be*:	*be*.
Imperf.	*were*,	*werest* vel *wert*,	*were*:	*were*.
vel	*should be*,	*shouldest be*,	*should be*:	*should be*.

Infinitivi Præsens. *to be*. Præterit. *to have been*.
Particip. Præsentis. *being*. Particip. Præter. *having been*.
Supinum. *been*. Gerundium in di. *to be*.
do. *in being*.
dum. *for to be*.

6. Tabella Conjugationis ordinariæ Verbi activi: in qua per lineolam transversam (—) significo Verbum ipsum, quale in Lexico reperitur: ubi vero literam unam aut plures adjicio, eædem Verbo seu stirpi addendæ sunt.

	Ego.	Tu.	Ille.	Pluralis omnium personarum.
Indicat Præsens	—	—*st* vel *est*,	—*s* vel *th*:	—.
Imperf. & Perf.	—*ed* vel *d*,	—*edst* vel *dst*,	—*ed* vel *d*:	—*ed* vel *d*.
Præter. Compos.	*have*—*ed* v. *d*,	*hast*—*ed* v. *d*,	*has*(*hath*)—*ed* v. *d*:	*have*—*ed* v. *d*.
Plusquamperf.	*had*—*ed* v. *d*,	*hadst*(*haddest*)—*ed* v. *d*,	*had*—*ed* v. *d*:	*had*—*ed* v. *d*.
Futurum.	*shall*—,	*shalt*—,	*shall*—:	*shall*—.
Imperativus.		—,		—.
Conjunctivi Præs.	—,	—*st* vel *est*,	—:	—.
Imperfectum.	*should*—,	*shouldest* (*shouldst*)—,	*should*—:	*should*—.

Infinitivi Præsens. *to*—. Præterit. *to have*—*ed* vel *d*.
Particip. Præsentis. —*ing*. (*) Particip. Præter. *having*—*ed* vel *d*.
Supinum. —*ed* vel *d*. Gerundium in di. *to*—.
do. *in*—*ing*.
dum. *for to*—.

(*) Si Verbum ipsum desinat in *e*, hæc litera a syllaba *ing* absorbetur. *to love*, amare; *loving*, amans.

7. Verbum Passivum construitur ex Verbo auxiliari *to be*, & Supino ejus Verbi, cujus Passivum quæritur. *to invite*, invitare; *to be invited*, invitari: *we invite*, nos invitamus; *we are invited*, nos invitamur.

Quadrans tertius.

8. Relativum, *qui*, *quæ*, *quod*, non raro supprimitur. *He had the same Happiness you now enjoy*: ille possidebat eandem felicitatem, tu (id est, qua

qua tu) nunc frueris. *These are the Reflections I made upon this Man*: hæ sunt animadversiones, ego concepi (i. e. quas ego concepi) de hoc viro.

9. Apostropho liberaliter utuntur Angli. *ask'd* pro *asked*, interrogavit: *suffer'd* pro *suffered*, toleravit: *reveng'd* pro *revenged*, vindicatus: *King's* pro *Kinges*, *Son's* pro *Sones*, regis, filii, ut Germani Königs, Sohns: *that's* pro *that is*, hoc est: *'t was* pro *it was*, id erat: *I can't* pro *I cannot*, ego non possum: *ben't* pro *be not*, non estis, non sitis: *we han't* pro *we have not*, non habemus: *cou'd* pro *could*, poterat, potuit: *wou'd* pro *would*, voluit, vellet: *tho'* pro *though*, etiamsi: *whate'er* pro *whatever*, quicunque.

10. Reperitur etiam *ded* in *t* contractum. *sent* pro *sended*, missus: *spent* pro *spended*; consumpsit, expendit.

11. Si Composita non occurrant in Lexico, quære simplicia. Sunt autem particulæ, a quibus Composita inchoantur, fere latinæ germanicæque originis. *to reform*, reformare: *to conform*, conformare: *to befall*, befallen: *to misimploy*, misbrauchen: *to overbeat*, überheizen: *to ensnare* seu *insnare* (nam *en* & *in* promiscue quærendum est) illaqueare: *to enlighten* seu *inlighten*, illuminare.

12. Multæ literæ inutiles aboleri sensim cœpere. Pro antiquis illis *Minde*, *Childe*, *Righteousnesse*, *Moneth*, omisso *e* nunc scribitur *Mind*, *Child*, *Righteousness*, *Month*; pro *compleat* nunc *complet*; pro *chaunce* *chance*; pro *Penny*, *Honey*, *Theef*, nunc *Peny*, *Hony*, *Thief*; pro *Spight*, *Smoake*, *Warr*, *Spite*, *Smoke*, *War*; & similia. Quapropter, horum altero non invento, ad alterum in Lexico recurrendum erit.

Quadrans ultimus.

13. Habes jam, Lector optime, instrumentum omne, ad explicandos ope Lexici libros anglicos necessarium. Cujus veritatis ut convincere te ipse possis, en versus aliquot Alexandri Pope, quibus in Epist. IV Moralium (*Essay on the Man*) dissonas & inanes philosophantium de Fortuna seu hominis felicitate opiniones hunc in modum irridet:

Ask of the Learn'd the Way, the Learn'd are blind;
This bids to serve, and that to shun Mankind:
Some place the Bliss in Action, some in Ease:
Those call it Pleasure, and Contentment these.

Who

Who thus define it, say they more or less,
Than this, that Happiness is Happiness?

Ask. L. (hac litera brevitatis gratia Lexicon significo) *to ask*, interrogare. Habes verbum *ask*, quale in Lexico reperitur, sine ulla mutatione. Id ego (§6) per lineolam transversam (—) nullo additamento auctam indicavi. Etsi porro lineola hæc sæpius in Tabella Conjugationis occurrit, quia tamen nullus adest in præsenti loco Nominativus, satis apparet, neque Indicativum, neque Conjunctivum esse, sed Imperativum. *Interroga, interrogate.*

Of the. Utrumque § 1. *the* articulus definitus, *of* nota ablativi. *Learn'd*, idem est quod *Learned*, litera *e* (§ 9) per apostrophum elisa. L. *the Learned*, docti, homines literati. *Quære ex doctis.*

Way. L. via. *the* (§ 1) articulus. *Quære e doctis viam;* nimirum ad felicitatem.

The Learn'd, docti. *are*, Verbum auxiliare (§ 5) sunt. *blind.* L. cæcus. *Docti sunt cæci.*

This. L. hic, iste. *bids.* L. *to bid*, jubere, invitare. —*s* (§ 6) seu *s* stirpi additum facit tertiam personam Præsentis Indicativi. *jubet, invitat. to serve.* L. servire.

And that. LL. & ille. *to shun.* L. vitare. *Mankind.* L. genus humanum. *Iste jubet servire generi humano, ille* (jubet) *idem vitare.*

Some. L. quidam, aliqui. *place.* L. ponere, reponere. —(§ 6) reponunt. *the* (§ 1) articulus. *Bliss.* L. felicitas. *in Action.* LL. in actione. *some in Ease.* LLL. *aliqui in otio. Alii felicitatem in actione, alii in otio reponunt.*

Those. L. hi. *call.* L. appellare. — (§ 6) appellant. *it.* L. id, eam, et. *Pleasure.* L. voluptas. *and Contentment these.* LLL. & contentum animum illi. *Hi eam appellant voluptatem, illi animum contentum*, seu tranquillitatem.

Who thus. LL. qui sic. *define.* L. definire. —(§ 6) definiunt. *it.* L. id, eam.

Say. L. dicere. —(§ 6) dicunt. *they.* L. illi. *more or less.* LLL. plus aut minus.

Than this. LL. quam hoc. *that.* L. quod. *Happiness.* L. felicitas. *is.* Verbum auxiliare (§ 5) est. *Happiness.* L. felicitas. *Qui sic eam definiunt, dicuntne illi plus aut minus, quam hoc, felicitatem esse felicitatem?* Hoc in specimen præsentis Horæ satis.

Corollarium.

SIquis ex me sciscitetur, cur in his Institutionibus Pronomina & Anomala omnia silentio præterierim, quorum tamen illa omnium maxime nenessaria, hæc omnium difficillima sunt: brevissime respondebo, id ea gratia factum, quod inquirendo deprehenderim, illa omnia in bonis Lexicis ordine Alphabetico proponi. Ea caussa fuit, cur labori parcere, moras præcidere, & Spicilegio, quo aliis Europæ linguis consulendum fuit, abstinere in Anglica possem. Eadem ratione motus, nihil in Institutionibus meis commemoravi de Verbo exegetico *to do*, & auxiliari *will*: nam & de his Lexica admonent, & exempla subjiciunt: ut mihi opus non fuerit, Tabellam Conjugationis (§ 6) per has ambages extendere. Syntaxeos autem necessitate non tantum bona Lexica me liberarunt, quæ in difficilioribus Lectorem non destituunt; sed illa etiam, ut ita dicam, accommodandi lex, quam Philoglottis operam meam requirentibus commendare super omnia soleo, quamque natura ipsa etiam sine magistri voce dictat. Compertis e Lexico verbis singulis, equidem sæpe continget, ut constructionis totius series barbara & a latina consuetudine abhorrens evadat. Sed utere ipse judicio, & alienam linguam ad leges tuæ accommoda: næ tibi facile sensus planus & expeditus occurret. Ne nullum exemplum afferam, puta, te in hæc verba incidere: *I am well-acquainted with those adventures.* Conquisitis e Lexico verbis singulis, constructio barbara hæc prodibit: Ego sum bene edoctus cum his casibus. Verum tu ipse nullo negotio id accommodabis, si una tantum præpositione mutata dicas: Ego de his casibus probe edoctus sum.

Exercitatio longior,

ipso facto demonstrans, posse ex solis his 12 §§, quos per priores Horæ Quadrantes præmisi, obviam quamque libri anglici partem, ope Lexici, recte explicari.

EXempla sumere visum est illa ipsa, quæ in V. C. Joannis Christophori Gottschedi Poetica leguntur: quod sciam, plures esse, qui cum anglice non sciant, eorum sibi non summam tantum exponi, sed verbum e verbo exprimi cupiunt.

P. I

P. I Artis Poeticæ C. II ex Ramſayo de Profectione Cyri.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
To reach the ſublime the Poet muſt be a Philoſopher. The moſt beautifull
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22
Flowers, Graces, and Paitings only pleaſe by Imagination, without ſatisfying
23 24 25 26 27 28 29 30 31 32
the Mind, or improving the Underſtanding. Solid Principles, noble Sentiments,
33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43
and various Characters muſt be diſpers'd throughout, in ordre to diſplay to us
44 45 46 47
Truth, Virtue, and Nature.

1) L. attingere, aſſequi. 2) articulus definitus. (§ 1.) 3) L. ſublime.

4) articulus. (§ 1.) 5) L. Poeta. 6 & 7) LL. debet eſſe. 8) articulus unitatis. (§ 1.) 9) L. Philoſophus. Collige, interim ad verbum, & barbare: Aſſequi ſublime, Poeta debet eſſe Philoſophus. Jam, ut in Corollario monui, ad latinam conſuetudinem accommoda, & ita dic: *Ad ſublimitatem aſſequendam* (ut ſublimitatem attingat) *Poeta, Philoſophus ſit neceſſe eſt.*

10) articulus. 11 & 12) LL. maxime formoſus. 13) L. *Flower*, flos, *s* additum (§ 2) nota pluralis.

14) *Grace* L. gratia, elegantia. *s* (§ 2) plurale. 15) L. &. 16) *Painting* L. pictura. *s* (§ 2) *Ornamenta & picturæ.*

17) L. unice, tantummodo. 18) L. placere. – (§ 6) placent. 19 & 20) LL. in imaginandi facultate.

21) L. ſine. 22) L. *to ſatisfy*, ſatisfacere, ſatiare. – *ing* (§ 6) Participium Præſentis. ſatisfaciens, ſatians. 23) articulus definitus. 24) L. animus. 25) L. aut. 26) L. *to improve*, augere, excolere. – *ing* (§ 6) Participium Præſentis. augens, excolens. 27) articulus definitus (§ 1) quem poſthac omitto. 28) L. mens, ingenium. Barbare ita conſtrues: ſine ſatiante animum, aut excolente ingenium. Lex accommodandi dicere te jubet: nec explent animum, nec excolunt ingenium. Tota ſententia eſt hujusmodi: *Elegantiſſimi quique flores, ornamenta, & imagines tantummodo placent in imaginandi facultate, nec animum ſatiantes, nec ingenium excolentes.*

29 - 35) LLL. Solida documenta, nobiles animorum ſenſus, & varii mores. nam *s* ad finem (§ 2) numeri pluralis inſigne eſt. 36) L. debent. 37) L. *to diſperſe*, ſpargere. – *d* (§ 6) Supinum: quod cum Verbo auxi-

Corollarium.

SIquis ex me sciscitetur, cur in his Institutionibus Pronomina & Anomala omnia silentio præterierim, quorum tamen illa omnium maxime nenessaria, hæc omnium difficillima sunt: brevissime respondebo, id ea gratia factum, quod inquirendo deprehenderim, illa omnia in bonis Lexicis ordine Alphabetico proponi. Ea caussa fuit, cur labori parcere, moras præcidere, & Spicilegio, quo aliis Europæ linguis consulendum fuit, abstinere in Anglica possem. Eadem ratione motus, nihil in Institutionibus meis commemoravi de Verbo exegetico *to do*, & auxiliari *will*: nam & de his Lexica admonent, & exempla subjiciunt: ut mihi opus non fuerit, Tabellam Conjugationis (§6) per has ambages extendere. Syntaxeos autem necessitate non tantum bona Lexica me liberarunt, quæ in difficilioribus Lectorem non destituunt; sed illa etiam, ut ita dicam, accommodandi lex, quam Philoglottis operam meam requirentibus commendare super omnia soleo, quamque natura ipsa etiam sine magistri voce dictat. Compertis e Lexico verbis singulis, equidem sæpe continget, ut constructionis totius series barbara & a latina consuetudine abhorrens evadat. Sed utere ipse judicio, & alienam linguam ad leges tuæ accommoda: næ tibi facile sensus planus & expeditus occurret. Ne nullum exemplum afferam, puta, te in hæc verba incidere: *I am well acquainted with those adventures*. Conquisitis e Lexico verbis singulis, constructio barbara hæc prodibit: Ego sum bene edoctus cum his casibus. Verum tu ipse nullo negotio id accommodabis, si una tantum præpositione mutata dicas: Ego de his casibus probe edoctus sum.

Exercitatio longior,

ipso facto demonstrans, posse ex solis his 12 §§, quos per priores Horæ Quadrantes præmisi, obviam quamque libri anglici partem, ope Lexici, recte explicari.

EXempla sumere visum est illa ipsa, quæ in V. C. Joannis Christophori Gottschedi Poetica leguntur: quod sciam, plures esse, qui cum anglice non sciant, eorum sibi non summam tantum exponi, sed verbum e verbo exprimi cupiunt.

P. I

90 & 91) LL. Nimis multum, zu viel, nimium. 92) L. *to moralize*, docere moralia. — *ing*, absorpta litera *e*, ut in vocabulo *loving* (§ 6) Participium Præsentis. *docens moralia.* 93) L. *to disgust*, fastidium habere vel afferre. — *s* (§ 6) *fastidium affert.*

94 & 95) nimium, ut n. 90 & 91. 96) L. *to reason*, ratiocinari. — *ing* (§ 6) Participium Præsentis. *ratiocinans.* 97) L. *to tire*, fatigare. — *s* (§ 6) *fatigat. Qui nimius est in documentis morum, fastidium affert: qui nimium ratiocinatur, fatigat.*

98 - 103) LLL. Nos debemus immittere sententias in actionem. 104 - 109) LLL. exprimere nobilia sensa per pauca verba. 110 - 114) LLL. ac docere potius per facta, seu mores. 115) nota Genitivi. (§ 1.) 116) L. heros. *herois.* 117 - 120) LLL. quam per ejus sermones. *Intexendæ sunt a nobis sententiæ ipsis actionibus, sensa nobilia paucis verbis exprimenda, docendumque potius per herois facta, quam dicta.*

Ejusdem Poeticæ P. I c. III ex Comite Schaftsburyo Misc. T. III.

121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131
Now a Taste or Judgement, 't is suppos'd, can hardly come ready form'd
132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142
with us into the World. Whatever Principles or Materials of this Kind we
143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153
may possibly bring with us: whathever good Facultys, Senses, or anticipating
154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164
Sensations, and Imaginations may be of Natures growth, and arise properly:
165 166 167 168 169 170 171 172 173 174
of themselves without our Art, Promotion, or Assistence, the general Idea,
175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186
which is form'd of all this Management, and the clear Notion we attain of
187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198
what is preferable and principal in all these subjects of Choice and Estimation,
199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210
will not, as I imagine, by any Person be taken for innate.

121 - 124) LLL. Jam gustus seu judicium. 125) apostrophus, pro *it is* (§ 9) id est, hoc est. 126) L. *to suppose*, sumere, pro certo credere; vulgo *supponere.* — *d* (§ 6) est Supinum: quod (§ 7) cum Verbo auxiliari *is* conjunctum respondet Latinorum Passivo. *Hoc pro certo ponitur.*

127 - 131) LLL. potest difficulter venire jam formatus, seu formatum. — *d* (§ 6) Supinum, a Verbo *to form.* 132 - 135) LLL. nobiscum in

mundum. *Jam vero gustus seu judicium, quod pro certo sumitur, difficulter possunt jam formata nobiscum nasci.*

136-147) LLL. Quæcunque principia aut instrumenta hujus generis nos possimus fortasse afferre nobiscum.

148-152) LLL. Quæcunque bonæ facultates, sensa, vel. 153) L. *to anticipate*, prævenire. — *ing*, absorpto *e*, ut in *loving* (§ 6) Participium Præsentis. præveniens. 154-158) LLL. Perceptiones aut Imaginationes possint esse. 159) nota (§ 1) Genitivi vel Ablativi. 160) L. natura. ex cujusque natura. 161) adjectivum instar Supini seu Participii: natus, ingeneratus. 162-164) LLL. & genitus pure. *Quæcunque bonæ facultates, sensa, vel prævia perceptiones, aut imaginationes possint esse a cujusque natura ingeneratæ, & pure natæ.*

165) nota (§ 1) Genitivi vel Ablativi. 166) L. ex se ipsis. 167-172) LLL. sine nostra arte, opera, vel adjumento. 173-175) LLL. generalis idea, quæ. 176) L. *to form*, formare. Passivum (§ 7) *formatur*. 177) nota Ablativi (§ 1) ab, ex. 178-180) LLL. ex omni hac tractatione.

181-183) LLL. & clara notio. 184 & 185) LL. nos acquirimus. Supple relativum (§ 8) quam nos acquirimus. 186) nota Ablativi (§ 1) ab, de. 187) L. quod. 188) auxiliare (§ 5) *est*. 189-198) LLL. præferendum & præcipuum in omni hac materia electionis & judicii.

199) L. vult. 200) L. non. 201-203) LLL. ut ego opinor. 204-206) LLL. in ullo homine. 207 & 208) L. esse acceptum. Passivum (§ 7) accipi. 209 & 210) LL. pro innato. Barbare, non vult accipi pro innato. Latine, non potest accipi, non est accipiendum, pro innato. *Ex se ipsis, sine arte, cura, vel adjumento; generalis idea, quæ ex omni hac tractatione formatur, & clara notio, quam acquirimus de eo, quod præferendum & præcipuum est in hac omni materia electionis & judicii, in nemine hominum, ut ego opinor, pro innatis haberi possunt.*

211 212 213 214 215 216 217 218 219
Use, Practice, and Culture must precede the Understanding and Wit of
220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231
such an advanced Size and Growth as this. A legitimate and just Taste can
232 233 234 235 236 237 238 239 240
neither be begotten, made, conceiv'd, or produc'd, without the antecedent La-
241 242 243
bour and Pains of Criticism.

211-219)

211-219) LLL. Usus, exercitatio, & cultura debent præcedere intelligentiam & judicium. 220) L. talis. *of* (§ 1) nota Genitivi. *an* (§ 1) articulus unitatis. einer solchen, *d'une telle.* 221-224) LLL. provectæ magnitudinis & incrementi. 225 & 226) LL. sicut hoc. latino more dicitur, hujusmodi. *Usus, exercitatio, & cultura præcedant necesse est intelligentiam & judicium talis tamque provectæ magnitudinis & incrementi hujusmodi.*

227-231) LLL. Legitimus & sincerus gustus potest. 232) L. neque. 233) L. nasci. auxiliare *be* etiam in Verbis proxime sequentibus intelligendum est, ac proinde Infinitivi Passivi (§ 7) indicium præbet. 234-237) LLL. fieri, animo concipi, aut progigni. — *d* (§ 6) Supinum. 238-243) LLL. sine antecedente opera & laboribus artis criticæ. *Legitimus & sincerus gustus neque nasci potest, neque fieri, concipi, aut progigni, nisi antecedat studium & labores artis criticæ.*

Ejusdem Poeticæ P. I c. VI ex eodem Comite Schaftsburyo Misc. T. III.

244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254
For this reason we presume not only to defend the Cause of Critics, but
255 256 257 258 259 260 261 262 263 264
to declare open War against those indolent supine Authors, Performers, Readers,
265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275
Auditors, Actors, or Spectators: who making their Humour alone the Rule of
276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287
what is beautiful and agreeable, and having no account to give of such odd
288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299
Fancy, reject the criticizing or examining Art, by which alone they are able
300 301 302 303 304 305 306
to discover the true Beauty and Worth of every Object.

244-253) LLL. Propter hanc rationem nos aggredimur non solum tueri partes Criticorum. 254-257) LLL. sed denunciare aperte bellum. 258-268) LLL. contra hos sensus expertes & supinos Auctores, Perfectores, Lectores, Auditores, Actores, seu Spectatores. *s* nominibus his additum (§ 2) pluralem ostendit.

269) L. qui. 270) L. *to make*, facere. — *ing*, litera *e* absorpta, ut in *loving* (§ 6) faciens; seu, quod idem est, facientes. 271-274) LLL. suam indolem solam, regulam, 275-277) ut n. 186 sqq. supra. *ejus quod est.* 278-280) LLL. pulcrum & amœnum. 281) L. &. 282) Verbi auxiliaris (§ 4) Participium Præsentis, habens, seu habentes. 283

 -288)

-288) LLL. non rationem reddere talis inconditæ phantasiæ. *Dum suam ipsorum indolem unicam faciunt* seu statuunt *regulam omnis pulcri & amœni, neque tamen habent rationem reddere* (quam reddant) *ejusmodi inconditæ phantasiæ.*

289) L. *to reject*, rejicere. — (§6) rejiciunt. 290-293) LLL. Criticen seu examinandi artem. — *ing* (§6) sunt Participia Præsentis Verborum *to criticize* & *to examine:* ars dijudicans, ars examinans. 294-297) LLL. per quam solam ipsi. 298) auxiliare (§5) sunt. 299-306) LLL. idonei ad detegendam veram pulcritudinem & pretium cujusque rei. *Propterea aggredimur, non solum partes Criticorum tueri, sed & bellum aperte denunciare contra hos sensus expertes & supinos Auctores, Perfectores, Lectores, Auditores, Actores, seu Spectatores: qui dum solam suam indolem faciunt regulam omnis pulcri & amœni, nullamque habent rationem, quam reddant, ejusmodi inconditæ phantasiæ; rejiciunt Criticen seu examinandi artem, per quam tamen solam sunt idonei ad detegendam veram pulcritudinem & pretium cujusque rei.*

307 308 309 310 311 312 313 314 315 316
According to that affected Ridicule, which these insipid Remarkers pretend
317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327
to throw upon just Criticks, the Enjoyment of all real Arts or natural Beau-
328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339
tys wou'd be intirely lost. Even in Behaviour and Manners we shou'd at this
340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351
rate become in time as barbarous, as in our Pleasure and Diversions.

307) L. Congruenter, convenienter. 308) nota (§1) Dativi. 309-311) LLL. affectatum hoc Ridiculum. 312-320) LLL. quod hi absurdi observatores jactant se rejicere in justos Criticos. 321) L. oblectatio. Si vocabulum *Enjoyment* in Lexico tuo non occurrat, quære *Injoyment:* nam (§11) *en* & *in* promiscue tractantur. 322-327) LLL. omnium verarum artium, & naturalis omnis pulcritudinis. *s* (§2) indicium numeri pluralis. 328) *wou'd* pro *would*, *l* per apostrophum (§9) deleto. Lexicon docebit, *would* esse a *will*, & servire instar Verbi auxiliaris *should* in Imperfecto Conjunctivi. unde *wou'd be*, perinde ac *should be* (§5) significat *esset*, *foret*. 329) L. penitus. 330) L. amissus. *Secundum affectatum hoc Ridiculum, quod absurdi isti observatores imputant justis Criticis, oblectatio omnis veræ artis, omnisque naturalis pulcritudinis, penitus amitteretur.*

331-335)

331 - 335) LLL. Imo in ratione vivendi & moribus. *s*- (§ 2) pluralis numeri. 336) L. nos. 337) pro *should* (§ 9) per apostrophum, ut *wou'd* & *cou'd* pro *would* & *could*. 338 - 340) LLL. secundum hanc rationem, tali ratione. 341) L. fieri. *should* — (§ 6) fieremus. 342 - 345) LLL. in tempore (nimirum præsenti) æque barbari. 346 - 351) LLL. ac in nostra voluptate & deliciis. *Imo hac ratione in modo vivendi & moribus hoc tempore fieremus æque barbari, ac in voluptatibus nostris & deliciis.*

352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363
I wou'd presume it, however, of these Critick-Haters, that they are
364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375
not yet so uncivilized, or void of all social Sense, as to maintain, That the
376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387
most barbarous Life, or brutish Pleasure, is as desirable, as the most polish'd
388 389
or refin'd.

352) L. Ego. 353) pro *would* (§ 9) per apostrophum. L. velim, vellem. 354) L. credere. 355) L. id, hoc, *&c*. 356) L. utut erit, nihilominus. 357) nota Ablativi (§ 1) a, de. 358 - 360) LLL. de his Criticorum osoribus, Misocriticis. *Velim nihilominus mihi hoc promittere de Misocriticis istis.*

361 - 372) LLL. quod ipsi sunt (§ 5) non tamen adeo inurbani, aut vacui ab omni sociali sensu.

373) L. usque ad, usque eo ut. 374) L. affirmare, asseverare, verbis tueri. 375 - 381) LLL. quod maxime barbara vita, aut pecuaria voluptas. 382) auxiliare (§ 5) *est*. 383 - 389) LLL. æque desideranda, ac maxime polita & ingeniosa. Sperat igitur Schaftsburyus, Misocriticos *non fore tamen adeo inurbanos, & vacuos ab omni sociali sensu, ut asseverent ac tueantur, vitam ac voluptatem summe barbaram, & pecudibus dignam, æque desiderandam esse, ac politissimam quamque & ingeniosissimam.*

390 391 392 393 394 395 396 397 398 399
For my own part, when I have heard sometimes Men of reputed
400 401 402 403 404 405 406 407 408 409
Ability join in with that effeminate plaintive Tone of Invective against Criticks,
410 411 412 413 414 415 416 417 418 419
I have really thought, they had it in their Fancy, to keep down the
420 421 422 423 424 425 426 427 428 429
growing Genius of the Youth, their Rivals, by turning them aside from
430
that

430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440
that Examination and Search, on which all good Performance, as well
441 442 443 444
as good Judgement depends.

390-393) LLL. Pro mea propria parte. Latino more: quod ad me attinet.

394 & 395) LL. quando ego. 396) L. *heard*, Supinum Verbi *to hear*, audire. *have -d* (§6) audivi. 397-400) LLL. nonnunquam viros celebratæ habilitatis. 401) L. *join in*, ingredi, sociare se in aliqua re. 402-407) LLL. cum ista effeminata & queribunda voce Philippicæ, seu objurgationis. 408 & 409) LL. contra Criticen.

410 & 411) LL. ego re vera. 412) L. *thought*, Supinum Verbi *to think*, cogitare. *have* cum Supino (§6) cogitavi. 413) L. ipsi. 414) Imperfectum (§4) habebant. 415-418) LLL. hoc in sua phantasia. 419) L. *keep down*, impedire. 420) L. *to grow*, crescere. *—ing* (§6) crescens. crescentem. 421-424) LLL. genium juventutis, suorum rivalium. 425) L. per, in. 426) L. *to turn*, avertere. *in —ing* (§6) avertendo. nam *by* significat etiam *in*. 427-444) LLL. ipsos seorsum ab hoc examine & inquisitione, a qua omnis bona scriptio (elaboratio, perfectio operis) æque, eben so wohl, ac bonum judicium pendet. *to depend*, pendere. *— s* (§6) *pendet*. Ait ergo: *Quod ad me attinet, cum nonnunquam audirem spectatæ habilitatis viros sociare inter se effeminatas illas & queribundas Philippicæ voces contra Criticen: cogitavi profecto, habere ipsos in animo, crescentem juvenum, rivalium suorum, genium impedire, procul eos avertendo ab hoc examine & inquisitione, unde omnis bona elaboratio æque ac bonum judicium pendet.*

Exercitatio altera,

Poetica.

THomsonus, de IV Anni Tempestatibus, in Vere, ætatis aureæ homines ita adumbrat:

1 2 3 4 5 6 7 8
Then the glad Morning wak'd the gladden'd Race
9 10 11 12 13 14
Of uncorrupted Men, nor blush'd to see

15
The

15 16 17 18 19 20 21
The Sluggard sleep beneath her sacred Beam.
22 23 24 25 26 27 28
For ther light Slumbers gently fum'd away,
29 30 31 32 33 34 35 36
And up they rose as vigorous as Sun,
37 38 39 40 41 42
Or to the Culture of the willing Glebe,
43 44 45 46 47 48
Or to the chearful Tendance of the Flock.

1) L. Tunc. 2) articulus. (§1.) 3&4) LL. lætum mane. 5) L. expergefacere, excitare. —*d* (§6) excitabat, excitavit. 6) articulus. 7) L. exhilaratus. 8) L. genus. 9) nota (§1) Genitivi. 10-13) LLL. incorruptorum hominum, neque erubescebat. L. *to blush*, erubescere. —*d* (§6) erubuit, erubescebat. 14) L. videre. 15) articulus (§1) quem deinceps prætereo. 16-21) LLL. somniculosum dormire sub suo sacro radio. *Tunc læta aurora excitabat e somno exhilaratum genus hominum incorruptorum, neque cum pudore suo cogebatur videre somniculosum, qui sub sacro suo radio adhuc dormiret.*

22-28) LLL. Nam illorum leves somni (*s* plurale, §2) leniter evaporabant. L. *to fume*, fumare, vaporare. *to fume away*, evaporare. —*d* (§6) evaporabant, evaporarunt.

29) L. Et. 31) L. ipsi. 30&32) L. *to rise up*, surgere, erigere se. *rose* L. Præteritum & Imperfectum Verbi *rise*. surgebant. 33-36) LLL. æque vigentes ac sol.

37) L. Sive. 38) nota (§1) Dativi. 39) L. cultura. 40) nota (§1) Genitivi. 41&42) LL. volentis glebæ. 43) L. sive. 44) nota (§1) Dativi. 45&46) LL. jucundum studium. 47) nota (§1) Genitivi. 48) L. gregis. *Nam leves illorum somni leniter evaporabant, surgebantque homines non minus alacres, quam ipse sol, sive ad culturam volentis glebæ, sive ad jucundum sui gregis studium.* Tum, postquam poeticis coloribus alia ætatis illius aureæ decora splendide illustravit, in hunc modum cantare pergit:

49 50 51 52 53 54 55
But now, whate'er these gaudy Fables meant,
56 57 58 59 60 61 62
And the white Minutes which they shadow'd out,

Are

63 64 65 66 67 68 69
Are found no more amidst those iron Times,
70 71 72 73 74 75 76
Those Dregs of Life! in which the human Mind
77 78 79 80 81
Has lost that Harmony so ineffable,
82 83 84 85 86 87
Which forms the Soul of Happiness: and all
88 89 90 91 92 93
Is off the Poise within: the Passions all
94 95 96 97 98 99 100
Have burst their Bounds: and Reason half extinct,
101 102 103 104 105 106
Or impotent, or else approving, sees
107 108
The foul Disorder.

49 & 50) LL. At nunc. 51) per apostrophum (§9) pro *whatever*, metri gratia. L. quidquid. 52-55) LLL. hæ affectatæ fabulæ affirmarunt. 56-62) LLL. Et candidæ horarum particulæ, quas illæ (fabulæ) expinxerunt. L. *to shadow*, adumbrare. *to shadow out*, expingere. —*d* (§6) expingebant, expinxere.

63) L. *found*, Supinum Verbi *to find*, invenire. *are* (§5) *sunt*, a Verbo auxiliari *to be*: quod cum Supino alterius Verbi (§7) Passivum format. *inveniuntur*. 64-72) LLL. non amplius, inter hæc ferrea tempora, hanc fæcem vitæ. *At nunc, quidquid affectatæ hæ fabulæ affirmarunt, & candidæ illæ horæ, quas expinxerunt, jam non inveniuntur inter ferrea hæc tempora, in hac fæce vitæ.*

73-76) LLL. in qua humanus animus. 77) L. perditus. *has* cum Supino seu Participio (§6) perdidit. 78-82) LLL. illam harmoniam tam inexplicabilem, quæ. 83) L. *to form*, formare. —*s* (§6) format. 84-87) LL. animam felicitatis: & omne. 88) est. (§5.) 89) L. supra. barbare, est supra. latine, incumbit, gravat. 90) L. pondus. 91) L. in eo. *Ubi humanus animus perdidit harmoniam illam tam inexplicabilem, quæ animam felicitatis efficit: & omnia in eum incumbunt onera*, omnia pondera eum gravant.

92-96) LLL. cupiditates omnes perruperunt (*have* cum Supino. (§6) suos limites. *'s* (§2) nota pluralis numeri. 97-105) LLL. & ratio dimidia ex parte extincta, sive imbecillis, sive aliud approbans. —*ing*, absorpto *e* (§6) Verbi *to approve*. 106) L. *to see*, videre. —*s* (§6) videt.

videt. 107 & 108) LL. pravam perturbationem. *Cupiditates omnes perrupere suos limites: & ratio semisepulta, sive imbecillis, sive aliud apprehans, pravam perturbationem hanc intuetur.*

109 110 111 112
Anger storms at large,
113 114 115 116 117 118 119
Without an equal Cause: and fell Revenge
120 121 122 123 124 125
Supports the falling Rage. Close Envy bites
126 127 128 129 130 131 132
With venom'd Tooth: while weak unmanly Fear,
133 134 135 136 137 138
Full of frail Fancies, loosens every Power.
139 140 141 142 143 144
Even Love itself is Bitterness of Soul,
145 146 147 148 149
A pleasing Anguish, pining at the Heart.
150 151 152 153 154 155
Hope sickens with Extravagance: and Grief,
156 157 158 159 160
Of Life impatient, into Madness swells,
161 162 163 164 165 166 167
Or in dead Silence wasts the weeping Hours.

109-116) LLL. Ira tempestatem excitat (—*s*, §6) late, sine æqua causa. 117-122) LLL. & crudelis Vindicta fulcit (—*s*, §6) ruentem Rabiem. 123-128) LLL. angusta Invidia mordet (—*s*, §6) venenato dente. 129-138) LLL. dum debilis effeminatus Timor, plenus infirmis imaginationibus, dissolvit (—*s*, §6) universum suum vigorem. 139-149) LLL. Quin Amor ipse est (§5) amarities animæ, amœnus angor, languens (—*ing*, §6) in corde. 150-167) LLL. Spes ægrotat (—*s*, §6) cum deliratione: & Tristitia, vitæ impatiens, in amentia sua intumescit (—*s*, §6) aut in emortuali silentio perdit (—*s*, §6) lacrymosas horas.

168 169 170 171 172 173
These and a thousand mix'd Emotions more,
174 175 176 177 178 179 180
From ever-changing Views of Good and Ill,

181 182 183 184 185
Form'd infinitely various, vex the Mind
186 187 188 189 190 191 192
With endless Storm. Whence, inly-rankling, grows
193 194 195 196
The selfish Thought, a listless Inconcern,
197 198 199 200 201 202 203
Cold, and averting from our Neighbour's Good.
204 205 206 207 208 209 210
Then dark Disgust, and Malice winding Wiles,
211 212 213 214 215
Sneaking Deceit, and coward Villany:
216 217 218 219 220 221 222
At last deep-rooted Hatred, lewd Reproach,
223 224 225 226 227 228
Convulsive Wrath, and thoughtless Fury, quick
229 230 231 232 233 234 235 236
To Deeds of vilest Aim. Even Nature's self,
237 238 239 240 241
Is deem'd, vindictive, to have changed her Course.

168-188) LLL. Hi & mille mixti Motus plures, ex semper variantibus ideis Boni & Mali, formati infinite varii, vexant (—§ 6) animum non intermissa tempestate.

189-203) LLL. Unde, intus putrescens (—*ing*, § 6) crescit (—*s*, § 6) se tantum quærens Propensio, socors incuria, frigida, & avertens (—*ing*, § 6) a nostri vicini (§ 9) bono.

204-215) LLL. Insuper clandestina Alienatio, & Malitia implicans (—*ing*, § 6) dolos, serpens Fraudulentia, & contemptu digna Abjectio.

216-232) LLL. Ad extremum alte radicatum Odium, impudens Calumnia, convulsiones excitans Indignatio, & incogitans Furor, celer ad facinora vilissimi scopi. Adjectivum *vile* in Superlativo (§ 3) desinit in *est*.

233) L. Quin etiam. 234) L. Natura. 235) per apostrophum (§ 9) pro *is*, est. 236) L. ipsa. 237) L. *to deem*, existimare. *is* ab auxiliari *to be* (§ 5) & Supinum (—*d*, § 6) inter se conjuncta (§ 7) Passivum efficiunt. *existimatur*. 238) L. ultionis cupida. 239) L. *to change*, mutare. *to have —d* (§ 6) mutasse. 240 & 241) LL. suum cursum. Ad verbum si transferas, constructio hæc nascetur: Quin etiam Natura ipsa est, existimatur, ultionis cupida, mutasse suum cursum. Per legem accommodandi, de qua in Corollario, hæc prodibit sententia: *Ipsa adeo Natura, ut existimatur, vindictam desiderat de suo cursu mutato.*

APPEN-

APPENDIX

De Pronunciatione Linguæ Anglicæ.

1. NOli mirari Lector, si Appendicem videris tuo meoque voto majorem. Labyrinthum pæne inextricabilem offert hujus linguæ pronunciatio, regularum copia & ambiguitate, varietate exceptionum, perpetuarum denique ambagum fastidio & labore. Conatus ego sum literas singulas ad leges, quam fieri poterat, paucissimas revocare: exemplis vero, ubi res poscere visa est, liberaliter indulsi, eorumque seriem, quo facilius inveniri possent, ordine alphabetico texui: ut Lector vel ea ipsa, quæ desiderat, vel certe quædam iis similia deprehendat, nec dubius & suspensus in lubrico incertarum regularum solo destituatur. Inutilem turbam illarum vocum, quæ minus frequenter occurrunt, dedita opera exclusi; ratus, hunc ipsum, quem attuli, numerum satis superque Lectoris patientiam fatigaturum. Eadem ne abuterer, illo etiam abstinui vocalium longarum, & brevium, ac brevissimarum discrimine, quo incipientes ad desperationem adigi solent. Non requirunt illi principio tam subtilia: deinde ultro, primis elementis imbutos, usus ipse ad reconditiora deducet.

2. *A* plerumque pronunciatur ut æ vel e.
Acts, acta; æcts.
Adage, adagium; ædædsch.
after, post; æfter.
am, sum; æm.
as, sicut; es.
ask, petere; æsk.
away, weg, fort; æwæ.
Case, casus; kæs.
Chamber, cubiculum; tschember.
Damage, damnum; dæmædsch.
Dame, matrona; dæm.
damnable, damnandus; dæmnæb'l.
Face, facies; fæs.
glad, lætus; glæd.
Glass, vitrum; glæss.
Grace, gratia; græs.
Grammar, grammatica; græmmær.
had, habebam, habebat; hædd.
has, habet; hæs.
hast, habes; hæst.
Haste, festinatio; hæst.
have, habere; unde *having*, habens; hæv, hæving.
Lady, matrona, domina; ledi.
Master, dominus; mester seu mister.
Name, nomen; næm.
naval, navalis; nævel.
perhaps, fortasse; perhæps.
Table, mensa; tæb'l.

3. *A* an *l* durum (id eſt, ante *l*, poſt quod ſequitur alia conſonans) perſæpe etiam ante *n*, *r*, *t*, *th*, pronunciatur ut a.

all, omnes; âl.
almoſt, ferme; almoſt.
Altar, altare; altær.
Art, ars; art.
athward, transverſe; æ*th*ward. (Cur hoc *th* literis *curſivis* ubique diſtinguam, dicetur, ubi ſuo ordine de illo agendum erit.)
award, condemnare; award.
call, vocare; câl.
far, procul; far vel fer.
Father, pater; fader.
flagrant, flagrans; flægrant.
Garden, hortus; gard'n.
hard, durus, difficilis; hard vel hærd.
large, latus, magnus; lardſch.
Part, pars; part.
particular, ſingularis; particolær.
Salt, ſal; ſalt.
shall, debeo; ſchall.
Wand, virga; wand.
Want, penuria; want.
War, bellum; war.
warm, calidus; warm.
Watch, excubiæ, horologium; watſch.
Water, aqua; water.

4. Eorum, quæ ab his duabus regulis diſcedunt, memorabiliora ſunt hæc.

a & *an*, articulus unitatis, ein, eine, ſonum habet, qui nec verum a, nec verum e ſit: idcirco a me per *æ curſivum* indicabitur. Sonum huic quam proximum Germani habent in ſua illa populari pronunciatione plurium provinciarum, qua hunc ipſum articulum dubie inter e & a efferunt: es iſt ä Kalb, es iſt än Ochs; pro, ein Kalb, ein Ochs.
accompany, comitari; eccompeni.
and, &; end. Si ſequatur conſonans, in quotidiano ſermone litera *d* ſupprimitur.
Angel, cæleſtis genius; ændſchel.
another, mutuo; ænoder.
anxious, anxius; ænkſchjos.
any, aliquis; ænni.
are, ſumus, eſtis, ſunt; ær.
arreſt, cuſtodiæ tradere; ærreſt.
arrive, advenire; ærreiv.
art, es; ært.
at, ad, apud; et.
Barbarian, barbarus; berberien.
Battel, prælium; bætt'l.
can, poſſum; kæn.
fancy, imaginari; fænſi.
Fare, victus, cibus; fær.
fare well, vale; fær well.
franc, liber; frænk.
France, Gallia; Fræns.
grand, grandis; grænd.
gratify, gratificari; grætifei.
Hand, manus; hænd.
handle, tractare; hænd'l.
Hate, odium; hæt.
hath, habet; hæ*th*.
laſt, ultimus; laſt vel leſt.
Liar, mendax; leier.
Man, homo, vir; men.
Manner, modus; menner.
many, multi; meni.
Marriage, matrimonium; merridſch vel merredſch.
neceſſary, neceſſarius; neſeſſæri.

Pagan,

Pagan, ethnicus; pægæn.
Regard, respectus; rigærd.
Servant, servus; servent.
Star, stella; stær.
than, quam; dæn.
thank, grates agere; *th*ænk.
that, hoc, qui; det.
was, eram; was.
wash, lavare; wasch.

5. Diphthongus *ai* constanter ut æ seu e.
again, rursus; egen vel egin.
against, contra; egenst vel eginst.
ail, ægrotare; æl.
attain, obtinere; ettæn.
Captain, centurio; kæpten vel kæptin.
fain, libenter; fæn.
Gain, lucrum; gæn.
maintain, asseverare; mentæn.
Pair, par; pær.

6. In peregrinis vocabulis *ai* nativum sonum retinet. *laick*, laicus, non sacer; la-ick: *mosaick*, mosaicus; mosa-ick.

7. *Au* & *aw* ut a longum.
Applause, applausus; epplâs.
Author, auctor; â*th*er.
because, quia, ut; bicâs.
Cause, caussa; câs.
Law, lex; lâ.

8. *Ay* ut æ.
Day, dies; dæ.
pray, rogare; præ.
say, dicere; sæ.
Way, via; wæ.
Excipe *ay*, eja, ita; æl.

9. *B* ante *t*, & in fine vocum post *m*, mutum est.
climb, in altum niti; cleim.
Debt, debitum; dett.
Doubt, dubitatio; daut.
Lamb, agnus; læmm.
Limb, artus; limm.
subtle, subtilis; sott'l.
In verbis tamen compositis *b* & *t* distinguuntur.
obtain, obtinere; ab-tæn.

10. *C* ante *e*, *i*, *y*, ut *s* (in quibusdam ut sch) alibi autem ut c latinum, exceptis pauculis, in quibus mutum est.
ancient, antiquus; enschjent.
Care, cura; kær.
cease, desinere; sis.
City, urbs; siti.
Clock, hora; clack.
Comet, cometa; kammet.
Crown, corona; kraun.
curl, crispare; corl.
Cycle, cyclus; seik'l.
Grace, gratia; græs.
gracious, benignus; græschjos.
indict, indicare; indeit.
Ocean, Oceanus; oschjen.
perceive, percipere; perciv.
perfect, perfectus; perfet seu perfit.
at *perfection*, perfectio; perfekschjon.
placed vel *plac'd*, collocatus; plæs'd.
public, publicus; publik.
Scene, scena; sin.
Scepter, sceptrum; septer.
Science, scientia; sei-ens.
succeed, succedere; soksid.
thence, illic; *th*ens.
vicious, vitiosus; vischjos.
Victuals, annona; vittels.

11. *Ch* ut tsch.

Arch, arcus; ertſch.
change, permutare; tſchendſch.
chaste, caſtus; tſcheſt.
Church, eccleſia; tſchortſch.
much, multum; motſch.

Græca ut k, gallica ut ſch. *Christ*, Chriſtus; Kreiſt: *Choler*, ira; koller: *Monarch*, Princeps ſupremus; Manerk: *Chagrin*, moleſtia animi; ſchægrin.

12. *D* in quibusdam mutum aut pæne mutum eſt.
Friendship, amicitia; frinship vel frenship.
handſom, venuſtus; hænſom.
Landlord, caupo; lænlard.
London, Londinum urbs; Lonnen.
Madam, domina; mæem.
Wednesday, dies Mercurii; wensdæ.
worldly, profanum in modum; worrli.

13. *E* mutum eſt in fine vocabuli duas aut plures ſyllabas habentis. *Game*, luſus, ludus; gæm: *Dame*, matrona; dæm: *Prince*, Princeps; Prins. Litera *e*, quæ muta fuit in radice ſeu vocabulo primario, talis etiam permanet in compoſitis ac derivatis. *like*, ſimilis; leik: *Likeneſs*, ſimilitudo; leikneſs. *ſafe*, ſecurus; ſæf: *Safety*, ſecuritas; ſæfti. *ſome*, aliquis; ſom: *where*, ubi; huær: *ſomewhere*, alicubi; ſomhuær. *Spite*, ludibrium; ſpeit: *ſpiteful*, contumelioſus; ſpeit'ful: *Spitefulneſs*, contumelia; ſpeit'fulneſs. *there*, hoc loco, illic; dær: *therefore*, ideo; dærfor. *Grace*, gratia, amœnitas; græs: *graceleſs*, inamœnus; græsleſs.

14. Participia & alia vocabula in *en*, Participia item & Imperfecta ſeu Perfecta in *ed*, ac terminationes Verborum pluraleſque Nominum in *es*, *e* mutum habent. *rotten*, putrefactus; ratt'n: *laden*, invitatus; læd'n: *Maiden*, puella; mæd'n: *loved*, amabat, amatus; lovd: *washed*, lotus; waſch'd ſeu waſcht: *gives*, dat; giv's: *goes*, it; go's: *Thieves*, fures; thiv's. Si tamen ante *ed* occurrat *d* vel *t*, *e* auditur, ne concurſu literarum ſimilium durior fiat oratio. *commanded*, imperatus; commended: *afflicted*, afflictus; efflicted. Par literarum concurſus ut evitetur, *es* finale pronunciatur ut breviſſimum *is*, quoties ante illud reperitur litera ſibilans. Sunt autem ſilibantes *s*, *x*, *z*, & aliæ, in quarum pronunciatione litera *s* auditur. *Witneſſes*, teſtes; witneſſis: *propoſes*, proponit; propoſis: *Horſes*, equi; harſis; *Churches*, templa; tſchortſchis: *Judges*, judices, & *Judge's*, judicis; Dſchodſchis.

15. Ad *e* mutum revocari meretur illud *re*, quod ut *er* vel *'r* profertur; & alia nonnulla vocabula, in quorum medio litera *e* ſupprimitur.
admire, admirari; ædmeier ſeu ædmei'r.
Adultery, adulterium; ædolt'ri.
aſpire, aſpirare; æſpeier ſeu æſpei'r.
Atheiſt, atheus; æth'iſt.
Brethren, fratres; bridern.
Children, liberi, infantes; tſchildern.
courteous, urbanus; cortſchjos.
deſire, deſiderare; diſei'r.
different, diverſus; diff'rent.

every,

every, quisque; evv'ri.
Fire, ignis; feier seu fei'r.
hundred, centum; honderd.
require, requirere; riqueier seu riquei'r.

16. *E* ut *i* in monosyllabis aliisque, cum vel solum, vel ultimum in syllaba est; excepto nimirum *e* muto, de quo paulo ante.
be, esse; bi: unde
being, ejus Participium Præsentis; bi-ing.
believe, credere; bi-liv. & similia ex *be*.
between, inter; bi-twin.
decent, decorum; di-cent.
defend, defendere; di-fend.
Deity, Divinitas; Di-iti.
deliver, liberare; di-livver, & similia ex *de*.
desperate, desperatus; di-spi-ræt.
Devil, malus dæmon; di-v'l.
discre-te, prudens, moderatus; di-scrit.
e-ternal, æternus; *i-ternel*.
E-ve, vesper; iv.
even, æque; i-v'n.
Evening, vesper; i-vning.
Evil, malum; i-v'l.
he, is, ipse; hi.
here, hoc loco; hi'r.
me, mihi, me; mi.
prepare, præparare; pri-pær.
receive, recipere; ri-siv.
return, reverti; ri-torn. & similia ex *re*.
se-ve-re, severus; sivir. *Severity* tamen, severitas; siveriti.
she, ipsa; schi.
since-re, sincerus; sinsir.
the, articulus definitus, der, die; raptim, sono medio inter e & i, quem idcirco per *i cursivum* indicabo; *di*.
we, nos; wi.
ye, vos; ji.
Quibus adde hæc & similia:
yes, ita; jis.
yesterday, heri; jisterdæ.
yet, tamen; jit vel jet.

17. *E*, cum non finit syllabam, ut e: quibus & alia quædam accedunt.
after, post; æfter.
beg, orare; begg.
best, optimus; best.
Brevity, brevitas; breviti.
conserve, conservare; canserv.
Credit, fides; creddit.
defer, prorogare; difer.
Discretion, moderatio; discreschon vel discreschjen.
Egg, ovum; egg.
eject, ejicere; edschect.
elect, eligere; elect.
End, finis; end.
Enemy, hostis; enemi.
ere, prius; er.
ever, unquam, semper; evver.
Flattery, adulatio; fletteri.
Flesh, caro; flesch.
her, ipsa; her.
less, minus; less.
Letter, epistola; letter.
Memory, memoria; mem'ri.
Men, homines; men.
Merchant, mercator; mertschent.
Neglect, negligentia; neglect.
never, nunquam; nevver.

prefer,

prefer, præferre; prifer.
Revenge, vindicta; revendsch.
Servant, servus; servent.
them, iis, eos, eas; dem.
there, illic; dær.
together, simul; tugeder.
well, bene; well.
where, ubi; huær.

18. Diphthongi *ea* frequentior sonus est *i*.

appear, apparere; eppir.
appease, placare; eppis.
Beast, bestia; bist.
beat, ferire; bit.
beneath, infra; bini*th*.
bereave, privare; biriv.
cease, desinere; sis.
cheat, decipere; tschit.
clean, purus; clin.
clear, clarus; clir.
dear, pretiosus; dir.
Eagle, aquila; ig'l.
Ear, auris, spica; ir.
ear, arare; ir.
Ease, commoditas; is.
East, Oriens; ist.
eat, comedere; it.
fear, timere; fir.
Feast, festum; fist.
hear, audire; hir.
Heat, calor; hit.
heave, tollere; hiv.
lead, dirigere; lid.
Leaf, folium; lif.
least, minimus; list.
leave, derelinquere; liv.
Meat, ferculum, cibus; mit.
near, prope; nir.
neat, elegans; nit.
Plea, caussa forensis; pli.
please, placere; plis.
preach, concionari; pritsch.
reach, conari, pertingere; ritsch.
read, legere; ridd.
Reason, ratio; ris'n.
Seat, sedes; sit.
speak, loqui; spik.
Spear, lancea; spir.
teach, docere; titsch.
Tear, lacryma; tir.
teaze, cruciare; tis.
Threat, minæ; *th*rit.
Wheat, frumentum; huit.
Year, annus; jir.

19. In multis *ea* sonat ut *e*: quorum usitatiora hæc sunt:

already, jam; alreddi.
Bear, ursus; ber.
bear, ferre; ber.
Beard, barba; berd.
behead, caput amputare, bihedd.
Bread, panis; bred.
break, frangere; brek.
Breast, pectus; brest.
Breath, halitus; bre*th*. Sed *to breath*, respirare; bri*th*.)
cleanly, pure; clenli.
cleanse, mundare; clens.
dead, mortuus; dedd.
deaf, surdus; def.
Dearth, annonæ caritas; der*th*.
Death, mors; de*th*.
dread, exhorrescere; dredd.
each, quivis, ambo; etsch.
Earl, Comes; erl.
early, mane; erli.
earn, mereri, lucrari; ern.
Earth, terra; er*th*.

endea-

endeavour, conari; indevor.
Feather, pluma; fedder.
great, magnus; gret.
Head, caput; hed.
Health, ſanitas; hel*th*.
heard, auſcultatus; herd.
hearken, auſcultare; herken.
Heart, cor; hert.
Hearth, focus; her*th*.
Heaven, cælum; hevven.
heavy, gravis; hevvi.
jealous, zelotypus; dſchelos.
learn, diſcere; lern.
leaſt, ne; leſt.
Leather, corium; ledder.
Ocean, Oceanus; oſchjen.
Pear, pyrum; per.
Pearl, margarita; perl.
Peaſant, agricola; peſent.
pleaſant, acceptus, gratus; pleſent.
reachleſs, piger; retſchleſs.
read, legebam, lectus; red.
ready, paratus; reddi.
Realm, regnum; relm.
rear, exaltare; rer.
rehearſe, recitare; rihers.
ſearch, inquirere; ſertſch.
Stead, locus; ſtedd.
ſteady, firmus; ſteddi.
ſtealth, furtim; celeriter; ſtel*th*.
ſwear, jurare; ſwer.
ſweat, ſudare; ſwet.
tear, lacerare; ter.
threaten, minari; *th*ret'n.
tread, calcare; tredd.
Vengeance, vindicta; vendſchens.
Wealth, facultates; wel*th*.
wear, ferre; wer.
Weather, tempeſtas; wedder.

20. *Ea* non eſt diphthongus in vocabulis origine latinis, græcis, hebraicis; neque in compoſitis ex particula *re*, vel quorum pars prior in *e* mutum deſinit. *cre-ate*, creare; criæt: *Creature* tamen, res creata; criter. *the-atrical*, theatralis; *th*iætrikel. *Gene-alogy*, genealogia; dſcheniælodſchi. *Ele-azar*, filius Aaronis; Eleæſer. *re-aſſemble*, iterum congregare; reæſſemb'l. *Lineament*, oris notæ, a *line*; linnement. *moveable*, mobilis, a *move*; muvebl. *peaceable*, pacificus, a *peace*; piſebl. *ſerviceable*, utilis, a *ſervice*; ſerviſebl. *thereat*, ſuper hoc, a *there*; deræt. *whereas*, dum, cum, a *where*; huæræs.

21. *Eau* in *Beau*, Troſſulus, & *Manteau*, pallium muliebre, ſonat ut o; in *Beauty*, pulcritudo, eique affinibus, ut iu; in *Flambeau*, fax, ut ai: bo, mento, biuti, flembai.

22. *Ee* diphthongus ut i. *agree*, conſentire; agri: *Bee*, apis; bi: *Beef*, bos, bubula; bif: *been*, Participium Verbi *be*, eſſe; bin: *Queen*, Regina; quin: *ſee*, videre; ſi: *three*, tres; *th*ri. Non eſt diphthongus in quibusdam compoſitis, & derivatis ex *ee* finali. *Pre-eminence*, eminentia; pre-eminens: *re-edify*, reædificare; re-edifei; *where-ever*, ubicunque; huær-evver: *fre-er*, *fre-eſt*, liberior, liberrimus, a *free*; fri-er, fri-eſt.

23. Diphthongus *ei* frequentius ut i.
Conceit, opinio; canſit.
conceive, exiſtimare, concipere; canſiv-

counterfeit, ad archetypum factus; caunterfit.
Deceit, dolus; diſit.
deceive, decipere; diſiv.
Forfeit, crimen; farfit.
inveigle, fallere; invig'l.
Leiſure, otium, tempus vacuum; liſor.
perceive, percipere; perſiv.
Receit, acceptio; riſit.
receive, recipere; riſiv.
Seignior, dominus; ſinjor.
Seiſin, rapina; ſiſinn.
ſeize, in poteſtatem redigere; ſis.
Surfeit, crapula, cruditas; ſorfit.

Excipe hæc, quorum pleraque *ei* ante *gh*, *gn*, aut *n* habent.
eight, octo; ét.
either, alteruter; edder.
feign, fingere; fehn.
Feint, inventum; fent.
Height, altitudo; heit.
Heir, hæres; er.
inveigh, reprehendere; invé.
Neighbour, vicinus; nébor vel néber.
neither, neuter; nedder.
purveigh, proſpicere; porvé.
Reign, regnum; rén.
Sleight, aſtutia; ſleit.
ſtreight, anguſtus; ſtrét.
Vein, vena; ven.
weigh, ponderare; wé.
Weight, pondus; wét.

Ei non eſt diphthongus in peregrinis, & compoſitione ac derivatione quorundam in *e*. *De-ity*, Divinitas; Di-iti: *re-iterate*, iterare; ri-eiteræt; *be-ing*, exiſtens, a *be*; bi-ing: *howbe-it*, utut eſt; haubi-it: *there-in*, ibi; derin: *where-in*, in quo; huærin.

24. *Em*, *en*, plerumque ut im, in, initio vocabulorum.
embark, navim conſcendere; imberk.
Embaſſador, Legatus; imbæſſeder.
embrace, amplecti; imbræs.
employ, uti; implæi.
encourage, animare; incorrædſch.
endeavour, conari; indevor.
engage, obligare; ingædſch.
England, Anglia; Ingklend.
engliſh, anglicus; ingkliſch.

Excipe:
Embers, cinis; embers.
Emblem, emblema; emblem.
Emperor, Imperator; Emp'rer.
Empire, Imperium; Emper.
Empreſs, Imperatrix; Empreſs.
Emption, emptio; emſchjen vel emſchon.
empty, vacuus; emti.
Enemi, hoſtis; enemi.
Enmity, inimicitia; enmiti.
enter, intrare; enter.
Envoy, Legatus; envœi.
Envy, invidia; envi.

25. *Eo* diphthongus ut i.
Dungeon, carcer; dondſchin.
feodal, fiduciarius; fidel.
Feodary, cliens fiduciarius; fidæri.
Feof, bonum fiduciarium; fif.
infeof, in tale bonum immittere; infif.
People, populus; pip'l.
Pigeon, columba; pidſchin.
Surgeon, chirurgus; ſorſchin.

In quibusdam eſt e. *Jeopardy*, periculum; dſchepperdi: *Leopard*, leopardus; lepperd.

Non

Non est diphthongus in græcis, & compositis. *Chameleon*, chamæleon; kæmili-on: *Theology*, Theologia; the-alodschi: *more-over*, insuper; morovver: *pre-ordain*, prius ordinare; pre ardæn: *re-obtain*, denuo obtinere; re-obtæn: *there-of*, inde; dær af.

26. *Eou* fere ut jo, seu io per i valde breve.

courageous, fortis; corrædschjos.
courteous, urbanus; cortschjos.
erroneous, erroneus; erronjos.
hideous, horridus; heidjos.
nauseous, nauseam generans; nasjos.
piteous, miserabilis; pitschjos.
plenteous, abundans; plentschjos.
righteous, justus; reitschjos.

27. *Eu*, & *ew* ut ju.

adieu, vale; æddju.
askew, transverse; æskju.
Eucharist, Eucharistia; Juk'rist.
Europe, Europa; Jurop.
Ew, ovis; ju.
Feud, certamen; fjud.
few, parum; fju.
hew, excavare, excidere; hju.
Jew, Judæus; dschju.
Jewel, gemma; dschju-el.
Lieu, locus; lju vel lu.
Nephew, nepos; nefju.
new, novus; nju.
Pewter, stannum; pjuter.
shew, ostendere; schju vel scho.
skew, oblique, transverse; skju.

Excepta:

blew, cæruleus; blu.
Brewer, cerevisiæ coctor; bru-er.
Crew, cohors, grex; cru.
Dew, ros; du.
drew, ducebat; dru.
Grandeur, magnitudo; grendur.
knew, noveram; nu.
lewd, impudicus; lud.
Lieutenant, præfecturæ genus, locum tenens; leftenent.
neuter, neutrarum partium; nut'r.
shrewd, callidus; schrod.
Steward, præpositus domui; stuærd.
strew, spargere; stro.
threw, jaciebam; thru.
View, aspectus; vi-u.

Eu & *ew* non sunt diphthongi in compositis, ac uno & altero peregrino vocabulo. *here-unto*, huc, ad hoc; hir-ontu: *re-unite*, rursum jungere; rejuneit: *re-ward*, remunerare; riward: *where-upon*, super quo, in quo, huær-oppan: *Mausoleum*, Mausoleum; masoli-om.

28. *Ey* ut e longum, si occupet syllabam vocabuli digniorem, quæ nimirum productiorem sonum habet. In monosyllabis quoque ut e pronunciatur.

convey, deducere; canvé.
obey, obedire; obbé.
Prey, præda; pré.
purvey, providere; porvé.
survey, perlustrare; sorvé.
they, ipsi, -ii; dé.

Si vero occupet syllabam minus præcipuam, quæ in pronunciatione tantum cursim effertur, ut i breve sonat.

Abbey, Abbatia; æbbi.
Attorney, procurator; ættorni.
Barley, hordeum; bærli.

Chimney, caminus; tſchimni.
Honey, mel; honni.
Money, pecunia; monni.

Excipe:

Eye, oculus; ei.
hey-day! o gaudium! o mirum! heidæ.
Key, clavis; ki.

29. *G* ante *e*, *i*, *y*, ut dſch.

Cage, cavea; kædſch.
change, permutare; tſchendſch: unde *chang'd*, permutatus; tſchendſch'd.
Danger, periculum; dendſcher.
diligent, diligens; dilidſchent.
general, generalis; dſchenerel.
Gentleman, Nobilis, dominus; dſchent'l-men.
German, Germanus; Dſchermen.
Giant, gigas; dſchei-ent.
Gypſy, Zingara; Dſchipſi.
Judge, judex; dſchodſch.
ſuggeſt, ſuggerere; ſogdſcheſt.

30. Formata a finitis *ing*, & quæ a Germanico naſcuntur, aliaque nonnulla, pronunciantur ut *ge* & *gi* Germanorum.

Anger, ira; enger.
begging, rogans, a *beg*; begging.
begin, incipere; bigin.
bigger, major, a *big*, magnus; bigger.
Bringer, qui affert; bringer.
Dagger, pugio; dægger.
eager, acer; iger.
Finger, digitus; finger.
forget, oblivisci; farget.
forgive, ignoſcere; fargiv.
Geer, merx; gir.
Geeſe, anſeres; gis.
get, impetrare; get.
gibbous, gibboſus; gibbos.
giddy, vertigine laborans; giddi.
Gift, donum; gift.
gild, inaurare; gild.
gird, cingere; gerd.
Girl, puella; gœrl.
give, dare; giv.
Hunger, fames; honger.
linger, tabeſcere; linger.
longer, longior, a *long*; langer.
meager, macer; miger.
ſinging, canens, a *ſing*; ſinging.
ſtagger, titubare; ſtægger.
ſtronger, firmus, a *ſtrong*; ſtranger.
ſwagger, gloriari; ſwægger.
Tiger, tigris; tiger.
together, ſimul; tugeder.

Singulare eſt *Goal*, carcer; dſchæl.

31. *Gh* initio ut ſimplex *g*; in fine, & ante *t*, mutum eſt, exceptis pauciſſimis.

almighty, omnipotens; almeiti.
although, tametſi; altho.
Borough, arx; boro.
bought, emptus; bât.
bright, fulgens; breit.
cough, tuſſire; caf.
Daughter, filia; dâter.
Delight, delectatio; dileit.
eight, octo; ét.
enough, ſatis; inof vel enof.
fight, pugnare; feit.
Flight, fuga; fleit.
Fright, terror; freit.
Ghoſt, ſpiritus; goſt.
Height, altitudo: heit.
high, altus; hei.
laugh, ridere; laf.
Light, lux; leit.

light

light, facilis; leit.
Neighbour, vicinus; nébor vel néber.
nigh, prope; nei.
nought, nihil; nât.
Plight, ſtatus; pleit.
Plough, aratrum; plau.
right, rectus; reit.
rough, aſper; rof.
ſigh, ſuſpirare; ſei vel ſeit.
Sight, aſpectus; ſeit.
Slight, contemptus; ſleit.
ſought, quæſitus; ſât.
thorough, per; *th*oro.
though, tametſi; *th*o.
thought, cogitabam, cogitatus; *th*ât.
through, per; *th*ru.
wrought, factus, effectus; hrât.

32. *Gm* & *gn*, ſi ſint in eadem ſyllaba, ut m & n.
Apophthegm, apophthegma; æpoſ*th*ém.
arraign, in jus vocare; ærræn.
benign, benignus; binin.
condign, dignus; candin.
feign, fingere: féhn.
Flegm, pituita; flém.
gnaſh, frendere; næſch.
Gnat, muſca; næt.
malign, malignus; mælin.
Reign, regnum; rehn.
Sign, ſignum; ſein.
Sovereign, Princeps ſupremus; ſovverehn.

Cum vero *gm* & *gn* non ſunt in eadem ſyllaba, ad regulam hanc non pertinent. *Aſſignation*, aſſignatio; æſſig-næſchon vel næſchjen: *Benignity*, benignitas; benig-niti: ſic etiam *Dig-nity*, *fleg-matik*, *ig-norance*, *ſtig-matize*. In iis etiam, quæ in *pugn* deſinunt, totum *gn* auditur. *impugn*, impugnare; impugn: *oppugn*, oppugnare; oppugn: *repugn*, repugnare; ripugn.

33. *Gue*, *gui*, ut *ge*, *gi*, omiſſo *u*.
Catalogue, catalogus; kætælag.
Gueſt, hoſpes; geſt.
Guide, dux viæ; geid.
Guilt, culpa; gilt.
Guinea, moneta anglica; ginni.
Plague, peſtis; plæg.
Tongue, lingua; tong.

Excipiuntur:
Ague, febris; ægu.
Anguiſh, anguſtiæ; ænguiſch.
argue, arguere, ejusque participium *argued*; argu, argud.
diſtinguiſh, diſtinguere; diſtinguiſch.
extinguiſh, extinguere; extinguiſch.
languid, languidus; længuid.
languiſh, languere; længuiſch.
ſanguine, ſanguineus; ſænguinn.

34. *H* auditur ut in germanicis, & latinis; exceptis, quæ ſequuntur.
Heir, hæres; er.
Herb, herba; erb.
honeſt, honeſtus; anneſt.
Honour, honor; annor vel anner.
Hour, hora; aur.
humble, humilis; omb'l.
Humour, indoles; jumor vel jumer.
Shepherd, paſtor, opilio; ſcheperd.

35. Vocalis *i* ut ei, in pronomine *I*, ego; in ſyllabis finalibus, quas ſequitur *e* mutum, nulla vel unica interpoſita conſonante; in horum formatis; an *gh* & *gn*, & in horum derivatis; denique ante *ld* & *nd*.
admire, admirari; ædmei'r.

aspire, aspirare; æspei'r.
blind, cæcus; bleind.
Child, proles; tscheild.
crie, clamare; crei. unde *criest*, *cries*, clamas, clamat; *cried*, clamabamus; *Crier*, clamator; crei'st, crei's, crei'd, crei-er.
Crime, crimen; creim.
Desire, desiderium; disei'r.
die, mori; dei.
find, reperire; feind.
Fire, ignis; fei'r.
Hide, cutis; heid.
hide, abscondere; heid.
high, altus; hei.
highly, valde; heili.
Hire, salarium; hei'r.
I, ego; ei.
inspire, inspirare; inspei'r.
Kind, genus; keind.
kind, benignus; keind.
Lie, mendacium; lei.
Life, vita; leif. unde, mutato *f* in *v*, pluralis *Lives*, & adjectivum *lively*, vitalis, vividus; leiv's, leiv'li.
mild, lenis; meild.
Mind, mens; meind.
Night, nox; neit.
oblige, obstringere; obleidsch vel oblidsch.
pride, arrogans; preid.
require, requirere; riquei'r.
Side, latus, ora; seid.
Sigh, suspirium; sei vel seit.
Sight, aspectus; seit.
Sign, signum; sein.
signed, signatus; sein'd.
tie, ligare; tei.
Time, tempus; teim.
tire, fatigare; tei'r.
Wife, mulier; weif.
Wind, ventus; weind vel wind.
writhe, contorquere, deflectere; hreid.

36. Eadem vocalis *i* sonat ut i nostrum initio vocum; in monosyllabis regula priore non comprehensis, eorumque derivatis; ante duas vel plures consonantes; ante unam etiam consonantem in medio vocabulo; in multis denique desinentibus in *ice*, *icle*, *ile*, *ine*, *ise*, *ite*, *ive*.

active, industrius; æctiv.
agile, agilis; æddschil.
Article, articulus; ærticl.
Avarice, avaritia; ævveris.
Benefice, beneficium; bennefis.
bid, dicere; bid.
big, magnus; big.
bigger, major; bigger.
Bill, scheda; bill.
Bishop, Episcopus; Bisschop.
Caprice, animi impetus; kæpris.
captive, captivus; kæptiv.
Christendom, Christi religio; Christendom.
Christian, Christianus; Christien.
Christianity, orbis terrarum christianus; Christieniti.
City, civitas; sitti.
civil, civilis; sivvil.
Critic, criticus; crittik.
did, faciebat; did.
Dinner, prandium; dinner.
Divinity, Divinitas, Theologia; Diviniti.
drink, bibere; drink.
driven, pulsus, compulsus; drivv'n.

Engine,

Engine, machina; indſchinn.
Favourite, gratioſus; fæv'rit.
Gift, donum; gift.
give, dare; giv. unde *given*, datus; *giving*, dans; given, giving.
hidden, occultatus; hidden.
Hill, mons; hill.
him, ipſi, ipſum; him.
his, ſuus; his.
if, ſi; if.
Image, imago; immædſch.
imagine, imaginari; immædſchinn.
imitat, imitari; imitæt.
immediate, proximus; immidiæt.
immenſe, immenſus; immens.
impious, impius; impios vel impejos.
in, in; in.
in-deed, re vera; indid.
infinite, infinitus; infinit.
innocent, innocens; innoſent.
Intereſt, utilitas; innt'reſt.
in-to, in; intu.
irrational, rationis expers; irræſchjonel.
is, eſt; is.
it, id, hoc, *es*; it.
kill, occidere; kill. unde *Killing*, occiſio; killing.
King, Rex; King. unde *Kingdom*, regnum; kingdom.
Limb, artus; limm.
little, parum; litt'l.
live, vivere; liv. unde *living*, vivens; living.
Magazine, promptuarium; mæggæſin.
Malice, malitia; mællis.
marine, maritimus; mærrin.
Milk, lac; milk.
Miſtreſs, domina; miſtreſs.

Office, officium; affis.
Prince, Princeps; prins.
Promiſe, promiſſio; pramis.
rich, dives; ritſch.
riſe, ſurgebat; ris. ejusdemque verbi Participium *riſen*; riſen.
Service, obſequium; ſervis.
ſervile, ſervilis; ſervil.
ſick, ægrotus; ſick.
Sin, peccatum; ſinn.
ſince, poſteaquam; ſins.
Sinning, delicti patratio; ſinning.
Siſter, ſoror; ſiſter.
ſit, ſedere; ſit.
Sitting, ſeſſio; ſitting.
ſix, ſex; ſix.
Thing, res; *th*ing.
think, cogitare; *th*ink.
this, hic, hæc; dis.
till, donec; till.
treatiſe, tractatio; tritis.
Vanity, vanitas; vænitI.
vicious, vitioſus; viſchjos.
Viſit, viſitatio; viſit.
will, velle; will. unde *willing*, volens; willing.
with, cum; with.
writ, ſcripſit; hrit. *written*, ſcriptus; hritten.

37. Excepta a ſuperioribus duabus regulis:

Advice, admonitio; ædveis.
adviſe, admonere; ædveis.
Arithmetic, arithmetica; æret*h*mettik.
arrive, advenire; ærreiv.
Bible, Codex Divinus; Beib'l.
Bird, avis; bœrd.
Buſineſs, negotium; biſneſs.
Cavil, argutiæ; kæv'l.

Chariot,

Chariot, currus; tſcharret.
Children, liberi, infantes; tſchildern.
Chriſt, Chriſtus; Creiſt.
Circle, circulus; ſœrk'l.
climb, in altum niti; cleim.
confirm, confirmare; canſœrm.
Couſin, cognatus; coſ'n.
Deſpite, contemptus; diſpeit.
Device, inventum; diveis.
Devil, malus dæmon; div'l.
dine, prandere; dein.
diverſe, diverſus; deivers.
divine, divinus; divein.
Evil, malum; iv'l.
fine, bellus; fein.
Fir, abies; fœrr.
firm, firmus; fœrm.
firſt, primus; fœrſt.
five, quinque; feiv.
Flirt, jocus; flœrt.
Fortnight duæ hebdomades; fartnit.
Girl, puella; gœrl.
hinder, pone, poſt; hinder.
hither, huc; hedder.
Ice, glacies; eis.
idle, otioſus; eid'l.
incline, inclinare; inclein.
indict, indicare; indeit.
infirm, infirmus; infœrm.
Intrigue, dolus; intrig.
Iron, ferrum; eiern.
Island, inſula; eiland.
Isle, inſula; eil.
Kindred, cognatio; kinderd.
Kirk, eccleſia; kœrk.
likewiſe, ſimiliter; leikweis.
Medicine, medicina; med'ſin.
Mine, fodina, cuniculus; mein.
mine, meus; mein.
Mirth, gaudium; mœrth.
Miſer, Euclio, avarus; meiſer.
nice, delicatus; neis.
nine, novem; nein.
ninth, nonus; neinth.
ordinary, ordinarius; ardneri.
polite, politus; palleit.
Price, pretium; preis.
private, privatus; preivet.
Regiment, regimen; ridſchment.
Reſignation, voluntatis ſubmiſſio; riſignæſchjen vel riſignæſchon.
riſe, ſurgere; reis. unde *riſing*, ſurgens; reiſing.
Sacrifice, ſacrificium; ſæcrifeis.
Sennight, hebdomas; ſennit.
Signal, ſignum; ſignel.
Sir, dominus; ſœrr.
Sirname, cognomen; ſœrrnem.
ſtill, adhuc; ſtill.
Stir, tumultus; ſtœrr.
thether, illuc; *th*edder.
thine, tuus; dein.
third, tertius; *th*œrd.
Thirſt, ſitis; *th*œrſt.
tith, decimus; tei*th*.
Title, titulus; teit'l.
twice, bis; tweis.
Veniſon, ferina; venſen.
Virtue, virtus; vœrtju.
While, mora; hueil.
whilſt, quia; hueilſt.
white, albus; hueit.
Wilderneſs, locus deſertus; wilderneſs.
Window, feneſtra; windo.
windy, ventoſus; windi.
Wine, vinum; wein.

38. Conſonans j ut dſch. *Jack*, Jacobus; Dſchek: *Judge*, judex; dſchodſch.

39. *Ja* pronunciatur i vel omnino silente, vel in j consonantem transeunte.
Carriage, modus agendi; kærredsch. (vel etiam kærridsch.)
celestial, cælestis; sellestjel.
Marriage, matrimonium; merredsch vel merridsch.
Parliament, Senatus maximus; parlement vel parliment.
partial, parti addictus; parschjel.
special, singularis; spesjel.
Excipitur *Diamond*, adamas; dei-mon.

40. Diphthongus *ie* ut i.
atchieve, patrare; ætschiv.
believe, credere; biliv.
besiege, obsidere; bilidsch.
Chief, caput; tschif.
field, campus; fild.
fiend, hostis; find.
friend, amicus; frind.
friendship, amicitia; frinschip.
Grief, fastidium, mœror; grif.
grieve, gravare; griv.
liege, legitimus; lidsch.
Mischief, damnum; mistschiv.
Piece, pars; pis.
pierce, perforare; pirs.
Priest, sacerdos; prist.
relieve, relevare; riliv.
Shield, scutum; schild.
Siége, sedes; sidsch.
Thief, fur; thif.
yield, cedere; jild.
In peregrinis, & aliis quibusdam, *ie* non est diphthongus: illa autem, quæ a nominibus aut verbis in *y*, *ye*, vel *ie* nascuntur, sonum suæ stirpis sequuntur.
ancient, antiquus; ænsi-ent.
Anxiety, anxietas; enksei-eti.
Armies, pluralis ab *Army*, exercitus; ærmis.
Audience, alloquium; âdi-ens.
Client, cliens; clei-ent.
cried, clamamus; *Crier*, clamator; a *crie*, clamare; crei'd, crei-er.
Diet, temperantia; dei-et.
Flies, muscæ, a *Fly*; flei's.
justifieth, innocentem declarat, a *justify*; dschostifei-*eth*.
merrier, *merriest*, lætior, lætissimus, a *merry*; merri-er, merri-est.
Orient, Oriens; ori-ent.
Piety, pietas; pei-eti vel pei-iti.
quiet, quietus; quei-et.
Science, scientia; sei-ens.
Society, societas; sosei-eti.

41. Terminatio *ion* ut jon, per o tamen adeo obscurum, ut ad *e* accedat. Sed *sion*, *tion*, *xion*, ut schon sive schjen. *Union*, conjunctio; junjon: *Occasion*, occasio; ackæschon: *Persuasion*, persuasio; perswæschon: *Confirmation*, confirmatio; canfirmæschon: *Nation*, natio; næschon: *Connexion*, connexio; cannekschon vel cannekschjen.

42. *Kn* ut n. *Knee*, genu; ni: *Knight*, Eques; neit: *know*, scire; no:

43. *L* mutum est in his:
almost, pæne; æmost.
Alms, stips, eleemosyna; æms.
balk, decipere; bâk.
Balm, balsamum; bâm.
Calf, vitulus; câf.
calm, pacare; câm.

Colonel, tribunus militum; cornell.
could, poteram; cudd.
Fault, error; fât.
Folk, populus; fôk.
half, dimidius; háf.
halve, bifariam dividere; hæv.
Palm, palma; pâm.
Psalm, Pſalmus; pſâm.
Qualm, nauſea; quám.
Salve, unguentum; ſâv.
ſhould, debebam; ſchudd.
Souldier, miles; ſodſcher.
talk, loqui; ták.
walk, ambulare; wák.
would, volebam; wudd.

44. *N* finale poſt *m* fit mutum.
Autumn, autumnus; attom.
condemn, damnare; candæm.
damn, damnare; dæm.
Hymn, carmen ſacrum; him.
ſolemn, ſolennis; ſalæm.
Adde *Government*, gubernatio; govverment.

45. *O* ut noſtrum o, ante *e* mutum, ſi nulla vel unica intercedat conſonans; initio vocum; cum finit ſyllabam; ante *l* durum, & *r* durum, poſt quæ nimirum alia conſonans ſequitur; ante *m* & *ck*; in ſyllaba *mon*; poſt literam *w*.
above, ſuper; æbov.
abſolute, ſine conditione, liber; æbſolut.
Advocate, advocatus; ædvokæt.
afford, ſubminiſtrare; efford.
ago, jam; æggo.
alone, ſolus; ælon.
altho', etſi; altho.
among, inter; æmong.
ashore, humi; æſchor.
before, ante; bifor.
behold, ecce; bihold.
bold, audax; bold.
born, geſtatus; born. ſed *born*, natus; barn.
Bullock, juvencus; bullock.
Caſſock, toga; kæſſock.
Cold, frigus; cold.
come, venire; com.
command, jubere; commænd.
commend, commendare; commend.
Covenant, pactum; covvenænt.
covet, concupiſcere; covvit.
Cuſtom, mos; coſtom.
depoſe, deponere; dipos.
done, factus; don.
Foe, hoſtis; fo.
Force, vis; fors.
Fort, munimentum; fort.
fro, citro; fro.
Globe, globus; glob.
Glory, gloria; glori.
go, ire; go.
Gold, aurum; gold.
govern, gubernare; govvern.
ho, o! ho.
hold, tenere; hold.
holy, ſanctus; holi.
Hope, ſpes; hop.
Hord, cumulus; hord.
hover, propendere; hovver.
jolt, concutere; dſcholt.
Kingdom, regnum; kingdòm.
lo, en; lo.
Love, amor; lov.
Memorial, libellus ſupplex; mimoriel.
Mode, conſuetudo; mod.
Moment, momentum; moment.

Monday,

, dies Lunæ; mondæ.
mensis; month.
olus; mor.
n; no.
ullus; non.
iota; not.
notitia; notis.
o.
, obediens; obidient.
bedire; obei.
iiquus; old.
intum; onli.
pertus; op'n.
opinio; opinjon.
iper; ovver.
poema; poem.
ioeta; poet.
aput; poll.
Pontifex Romanus; Pop.
iortus; port.
o; pro.
, propositum; porpos.
toga; rob.
olvere; roll.
impellere; schov.
so.
nditus; sold.
liquis; som.
oblectamentum; sport.
irto ablatus; stoln.
conatus est; strov.
juratus; sworn.
si; tho.
per; thoro.
signum; tok'n.
cebat, dictus; told.
ectigal; toll.
citare; toll.
otus; totel.

Vogue, fama; vogg.
Wo vel *Woe*, infelicitas; wo.
Wolf, lupus; wolf aut wulf.
won, lucratus; won.
Wonder, miraculum; wonder.
Word, verbum; word.
work, laborare; work.
World, mundus; world.
Worm, vermis; worm.
worn, gestatus; worn.
worse, pejor; wors.
worship, adorare; worschip.
worthy, dignus; worthi.
wot, scit; wot.

46. O sæpe in ultimis syllabis ante *n* & *r*, & aliis quibusdam, sonat ut *e* obscurum, ita ut ad *e* accedat.

abandon, derelinquere; æbbend'n.
Actor, actor; æct'r.
Damosel, virgo nobilis; dæm'sel.
inviron, circumdare; inveir'n.
Lesson, institutio; less'n.
Ordonance, mandatum; ard'nens.
Pardon, venia; perd'n.
Patron, patronus; pæt'rn.
Reason, ratio; ris'n.
reasoning, ratiocinatio; ris'ning.
reckon, computare; reck'n.
Rhetoric, rhetorica; ret'ric.
seasonable, tempestivus; sis'nebl.
Sermon, oratio sacra; serm'n.

47. Contra vel certe extra duas regulas præcedentes sonat *o* in permultis vocabulis, quorum hæc sunt ulitatiora:

Accord, pactum; æccard.
behove, decere; bihuv.
betroth, matrimonium promittere; bitroth.

Body, corpus, perſona; baddi.
born, natus; barn.
both, ambo; both.
Broth, juſculum; brath.
Clock, hora; clack.
Coffee, faba turcica; caffi.
Column, columna; callomm.
Comedy, comœdia; cammedi.
Comet, cometes; cammet.
Concord, concordia; cancard.
conſtant, conſtans; canſtent.
content, contentus; cantent. Eodemque modo ſimilia ex *con*.
Corn, frumentum; carn.
Cotton, goſſipium; catt'n.
Croſs, Crux; croſs.
do, facere; du.
Dog, canis; dagg.
Dolour, dolor; dallor.
doth, facit; doth.
droll, jocari; drall.
follow, ſequi; fallo.
for, nam; far.
for, pro; for.
forgive, ignoſcere; fargiv.
Form, forma; farm.
from, a, ab; fram.
Froſt, frigus; fraſt.
Ghoſt, ſpiritus; goſt.
God, DEUS; Gadd.
gone, participium a *go*, ire; gan.
groſs, craſſus; groſs.
Grot, ſpelunca; gratt.
hithermoſt, proximus; hedermoſt.
Holy-day, dies feſtus; hali-dæ.
Honour, honor; annor ſeu anner.
Horſe, equus; hars.
Hoſt, caupo; hoſt.
hot, calidus; hat.
into, in; intu.
long, longus; lang.
Lord, dominus; lard.
loſe, amittere; lus.
loſt, perditus; laſt.
modeſt, modeſtus; maddeſt.
Morning, tempus matutinum, mane; marning.
morrow, cras, mane; marro.
moſt, valde; moſt.
move, movere; muv.
Mylord, Vir Illuſtriſſimus; Milard.
nor, neque; nar.
not, non; nat.
Oblivion, oblivio; ablivjon.
Obſtacle, obſtaculum; abſtæk'l.
Occaſion, occaſio; akkæſchon.
occult, occultus; accolt.
occupy, occupare; akkiupei.
of, articulus Genitivi; af. Si ſequatur conſonans, in quotidiano ſermone *f* omittitur. *of the beſt*, optimi, de optimo; a *di* beſt, pro, af di beſt. *out of Town*, extra urbem; aut a taun, pro, aut af taun. Sic etiam dicitur: *Full of Grief*, plenus mœrore; full a grif.
off, auf ꝛc. âf.
Offence, offenſa; affens.
offer, offerre; affer.
Office, officium; affis.
oft, *often*, ſæpe; aft, aff'n.
on, auf ꝛc. an.
once, aliquando; vons.
one, unus; vann.
Præterit.	*haja sido*,	*hajas s.*	*haja s.*	*hajamos s.*	*hajais s.*	*hajaõ sido*.

Plusquamp. *houvesse* vel *haveria* &c. (ut in *Haver*) addito ubique *sido*.

Aoristus. *fora*, *foras* (*fores*) *fora*: *foramos*, *fordes* (*foreis*) *foraõ* (*forem*.)

Futurum. *haverei sido*, *haverâs s.* *haverâ s.* *haveremos s.* *havereis s.* *haveraõ s.*

Infinitivi Præs. *ser* vel *serem*. Præt. *haver sido*.

Particip. Præs. *sendo*. Particip. Præt. *havendo sido*. Supinum. *sido*.

9. Tabella III Conjugationum.

		Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Indic. Præs.	1.	*o*	*as*	*a*:	*amos*	*ais*	*aõ*.
	2.	*o*	*es*	*e*:	*emos*	*eis*	*em*.
	3.	*o*	*es*	*e*:	*imos*	*is*	*em*.
Imperf.	1.	*ava*	*avas*	*ava*:	*avamos*	*aveis*	*avaõ*.
	2.	*ia*	*ias*	*ia*:	*iamos*	*ieis*	*iaõ*.
	3.	*ia*	*ias*	*ia*:	*iamos*	*ieis*	*iaõ*.
Præt. simpl.	1.	*ey*	*aste*	*ou*:	*âmos*	*astes*	*âraõ*.
	2.	*i*	*este*	*eo*:	*êmos*	*estes*	*êraõ*.
	3.	*i*	*iste*	*io*:	*imos*	*istes*	*iraõ*.
Præt. compos.		*hey*	*has*	*ha*:	*havemos*	*haveis*	*haõ*
		addito ubique Supino, 1. *ado*. 2. *ido*. 3. *ido*.					
Plusquamp.		*havia*	*havias*	*havia*:	*haviamos*	*havieys*	*haviaõ*
		addito ubique Supino, 1. *ado*. 2. *ido*. 3. *ido*.					

Futu-

		Ego.	Tu.	Ille.	Nos.	Vos.	Illi.
Futurum.	1.	*arei*	*aràs*	*arà:*	*aremos*	*areis*	*araõ.*
	2.	*erei*	*eràs*	*erà:*	*eremos*	*ereis*	*eraõ.*
	3.	*irei*	*iràs*	*irà:*	*iremos*	*ireis*	*iraõ.*
Imperativus.			1. *a:*		*emos*	*ai.*	
			2. *e:*		*amos*	*ei.*	
			3. *e:*		*amos*	*i.*	
Conjunct. Praes.	1.	*e*	*es*	*e:*	*emos*	*eis*	*em.*
	2.	*a*	*as*	*a:*	*amos*	*ais*	*aõ.*
	3.	*a*	*as*	*a:*	*amos*	*ais*	*aõ.*
Imperf. I.	1.	*asse*	*asses*	*asse:*	*assemos*	*asseis*	*assem.*
	2.	*esse*	*esses*	*esse:*	*essemos*	*esseis*	*essem.*
	3.	*isse*	*isses*	*isse:*	*issemos*	*isseis*	*issem.*
Imperf. II.	1.	*aria*	*arias*	*aria:*	*ariamos*	*arieis*	*ariaõ.*
	2.	*eria*	*erias*	*eria:*	*eriamos*	*erieis*	*eriaõ.*
	3.	*iria*	*irias*	*iria:*	*iriamos*	*irieis*	*iriaõ.*
Praeter.		*haja*	*hajas*	*haja*	*hajamos*	*hajais*	*hajaõ*
		addito ubique Supino, 1. *ado.* 2. *ido.* 3. *ido.*					
Plusquamp.		*houvesse* vel *haveria* &c. (ut in Verbo *Haver*) addito ubique Supino, 1. *ado.* 2. *ido.* 3. *ido.*					
Aoristus.	1.	*àra*	*àras* (*ares*)	*àra:*	*aramos* (*aremos*)	*ardes* (*areis*)	*àraõ.* (*arem.*)
	2.	*èra*	*èras* (*eres*)	*èra:*	*eramos* (*eremos*)	*erdes* (*ereis*)	*èraõ.* (*erem.*)
	3.	*ìra*	*ìras* (*ires*)	*ìra:*	*iramos* (*iremos*)	*irdes* (*ireis*)	*ìraõ.* (*irem.*)
Futur.		*haverei*	*haveràs*	*haverà:*	*haveremos*	*havereis*	*heveraõ*
		addito ubique Supino, 1. *ado.* 2. *ido.* 3. *ido.*					

Infinit. Praes. 1. *ar* vel *arem.* Praet. *haver* cum Supino 1. *ado.*
2. *er* vel *erem.* 2. *ido.*
3. *ir* vel *irem.* 3. *ido.*

Particip. Praes. 1. *ando.* Part. Praet. *havendo* 1. *ado.* Supin. 1. *ado.*
2. *endo.* 2. *ido.* 2. *ido.*
3. *indo.* 3. *ido.* 3. *ido.*

10. Passivum fit e Supino Verbi copulato cum auxiliari *Ser*, vel ejus loco *Estar*. *são vencidos*, vincuntur: *está declarado*, declaratur, seu declaratum est.

11. Siqua Verba occurrant, quibus in conjugando Verbum *Ser* aut *Estar* loco auxiliaris *Haver* vel *Ter* serviat, id in explicando mutationem nullam inducit.

12. Terminationes *aremos*, *eremos*, *iremos*, passim in *armos*, *ermos* *irmos*, contrahuntur. *lançarmos*, jaciemus, jecerimus: *dissermos*, dicemus diceremus: *distinguirmos*, distinxerimus. Sic etiam *formos*, essemus, fueramus, pro *foramos*.

13. *A* & *e* finalia Verborum persæpe abscinduntur. *ajudar*, adjuverit; *notar*, observavero; *fizer*, faceret; *extinguir*, extingueret; *for*, foret, fuero, fuerit; pro *ajudàra*, *notàra*, *fizera*, *extinguìra*, *fora*. Eodem modo *reluz* pro *reluze*, relucet, a *reluzir*. Quo pertinent: *diz*, dicit; *faz*, facit; *quer*, vult; *val*, valet; a *dizer*, *fazer*, *querer*, *valer*; & *reduz*, reducit; *produz*, producit; *introduz*, introducit; ab *reduzir*, *produzir*, *introduzir*.

14. *Ai* & *ae* in Verbis promiscue usurpatum reperias. *remediaes* pro *remediais*, remedium affertis; *possaes* pro *possais*, possitis; *estaes* pro *estais*, estis, statis; *reparae* pro *reparai*, attendite. Quod & in nominibus aliquando accidit. *tais* pro *taes*, tales; a *tal*.

15. Infinitivi *arem*, *erem*, *irem*, cum intelligitur persona secunda, in *ares*, *eres*, *ires* mutantur. *com dares*, dando, dante te, dantibus vobis.

16. Verbum *haver* cum Infinitivo, intercedente particula *de*, nostro Futuro respondet. *haveis de responder*, respondebitis, vel per Verbum *debeo*: debetis respondere.

17. Innumera occurrunt Pronomina Verborum fini affixa, more italico & hispanico. *derrubouo*, dejecit eum; *fezlhe*, fecit illi; *daime*, date mihi; *dispondoo*, disponendo id; ex *derrubou* & *o*, *fez* & *lhe*, *dai* & *me*, *dispondo* & *o*. Frequenter euphoniæ gratia detrahitur aut interponitur litera aliqua. *ouçamola*, audiamus illam, ex *ouçamos* & *a*; *levalas*, ferre illas, ex *levar* & *as*; *dala* & *dalla*, dare illam, ex *dar* & *a*; *achastelas*, invenistis illas, ex *achastes* & *as*; *sabemno*, sciunt id, ex *sabem* & *o*; *depois de considerarmos*, postquam nos consideraverimus, ex Infinitivo *considerarem* & *nos* mutilato; *darvolo*, dare vobis illud, ex *dar*, *vos*, & *o*: quemadmodum & seorsum absque Verbo *volo* & *nolo* legitur, pro *vos o*, vobis id, & *nos o*, nobis id, vel

vel eum. Imo conflantur etiam cum Verbo pronomen & auxiliare. *darteey*, dabo tibi, ex *dar*, *te*, & *bey*, *abrilosbaõ*, aperient eos, ex *abrir*, *os*, & *baõ*; *perguntarmebeys*, interrogabitis me, ex *perguntar*, *me*, & *baveys* in *beys* contracto.

18. Pronomina emphasis caussa geminant. *a mi me parece*, mihi videtur. *venceo se a si mesmo*, superavit se ipsum.

19. Particulæ *a*, *ao*, *aos*, *à*, *às*, nominibus præpositæ, non solum Dativum, sed persæpe etiam Accusativum indicant. *querer só a Deos*, solum DEUM desiderare: *considero ao filbo*, considero filium.

20. *De* sæpe coalescit cum pronominibus, & vocabulis quibusdam aliis. Tales sunt Genitivi & Ablativi *delle*, *della*, *dellos*, *dellas*, ab *elle*, is, *ella*, ea, *ello*, ii, *ellas*, eæ; *daquelle*, *daquelles*, *daquella*, *daquellas*, ab *aquelle*, ille, *aquelles*, illi, *aquella*, illa, *aquellas*, illæ; *deste*, *disto*, *desta*, *dista*, ab *este* & *isto*, hic vel hoc, *esta* & *ista*, hæc; *doutro*, *doutra*, *doutros*, *doutras*, ab *outro*, alter, alius. Simili modo conflantur *pelo*, *pela*, *pelos*, *pelas*, vel *pello*, *pella*, *pellos*, *pellas*, quæ est præpositio nostra *per* cum articulo; & præpositio *in*, quæ cum multis coalescit, servata tantum litera *n*. *na guerra*, in bello; *no coraçaõ*, in corde; *num povo*, in populo, ex articulo unitatis *bum*. *nos*, *nas*, *neste*, *nelle*, *noutro*, *noutra*, *nisto*, *nisso*, *nalgum*, *naquelle*, *nesteoutro*; in den, in isto, in eo, in alio, in alia, in hoc, in aliquo, in illo, in hoc altero.

De usu Lexicorum, & Spicilegii nostri.

21. Litera *b* in multis pro arbitrio vel scribitur, vel omittitur, in ipso etiam auxiliari *baver*; *bouvera*, *bouvesse*, vel *ouvera*, *ouvesse*. Sic & promiscua sunt *i* & *y*, *z* & *s*, ac in quibusdam *g* & *j*, *t* & *tt*. *sabir* & *sair*, exire; *conclubio* & *concluio*, conclusit; *instituio* & *instituhio*, instituit; *muito* & *muyto*, multum; *foi* & *foy*, fuit; *si* & *sy*, sibi, se; *tratai* & *tratay*, tractate. *aceso* & *acezo*, accensus; *ves* & *vez*, vides; *puzeraõ* & *puseraõ*, posuerunt. *sugeitar* & *sujeitar*, subjicere; *fuja*, fugiat, a *fugir*; *finjamos*, fingamus, a *fingio*. *ditto* & *dito*, dictus; *tratar* & *trattar*, tractare; *escrito* & *escritto*, scriptus. Horum igitur altero non invento, ad alterum recurrendum erit.

22. Sæpe *i* & *e*, nonnunquam & *u* ac *o*, inter se commutantur. *repita*, repetam, repetat; a *repetir*: *sirvaõ*, serviant; a *servir*: *sinto*, sentio; a *sentir*: *advirtamos*, attendamus; ab *advertir*: *rime*, redimit, ab *remir*: *pido*,

do, peto; a *pédir*. *durma*, dormiam, dormiat; a *dormir*: *foge*, fugit; a *fugir*: *leu* pro *leo*, legit; a *ler*: *vestiu-os* pro *vestio-os*, vestivit. Quapropter, si horum alterutrum in Lexico non occurrat, alterum quærendum erit.

23. Sæpe *c* in *qu* & *ç*, *g* in *gu* mutatur; interdum & vicissim *gu* in *g*. *fique*, maneam, maneat; a *ficar*: *reconheçaõ*, agnoscant; a *reconhecer*: *creçaõ*, crescant; a *crecer* seu *crescer*: *préguei*, concionatus sum; a *prégar*: *negue*, neget; a *negar*: *sigaõ*, sequantur; a *seguir*: *distingo*, distinguo; a *distinguir*.

24. Alicubi, præsertim in carmine, *e* vel *i* supprimitur. *exprimentou*, expertus est; ab *experimentar*: *'espríto*, spiritus; pro *espirito*: *perca*, pereat, perdat; a *perecer*.

25. Si Compositum non invenias, quære Simplex: quod ut expeditius cognosci possit, Catalogum Particularum, a quibus inchoantur Lusitanorum Composita, Spicilegio meo subjungam.

26. Parcere labori, & sine Lexici ope intelligere vocabula bene multa poteris, si memineris, Lusitanos solere quasdam latinorum literas omittere, maxime *n* & *l*, quorum posterius etiam in *r* mutare gaudent. *grao*, gradus: *meyo*, medium: *raizes*, radices: *vaidade*, vanitas: *lua*, luna: *veo*, velum: *ceo*, cælum: *cor*, color: *dor*, dolor: *vontade*, voluntas. *dobrar*, duplicare: *prazer*, voluptas: *cumprir*, complere: *suprir*, supplere: *nobre*, nobilis: *obrigar*, obligare. Jam, Lector Benevole, omisso Spicilegio & Particularum Catalogo, ad ipsam Exercitationem transgredere.

SPICILEGIUM

eorum,

quæ in Lexicis reperiri non solent, additis etiam ob majorem discentium commoditatem particulis usitatissimis, & omissis vicissim anomaliis raro admodum occurrentibus.

A.

A. 1. articulus (§ 1.) 2. ea, illa. Eodem modo *à* 1. articulus dativi. 2. ei, illi, g. f.

Aa, articulus dativi feminini, numero singulari, pro *à*.

Aas, articulus dativi feminini, numero plurali, pro *às*.

Abaixo,

Abaixo, sub.
Aberto, Sup. ab *abrir*, aperire.
Acaso, forte, fortasse.
Acerca, circa; quod attinet ad ....
Aceso, Sup. ab *acender*, accendere.
Acima, supra.
Acolá, illic, ibi.
Adonde, ubi.
Affonso, Alphonsus.
Agora, nunc.
Ahi, hic, hoc loco.
Ainda, etiam, imo, etiam nunc. *ainda que*, etiamsi.
Alem, ultra.
Alfim, tandem.
Ali, illic.
Amanham, cras.
Antaõ, Antonius.
Antehontem, nudius tertius.
Antemaõ, prius.
Antes, ante; imo, potius.
Ao. 1. articulus (§ 1.) 2. ei, illi, g. m.
Aonde, ubi; quo.
Aos. 1. articulus (§ 1.) 2. iis, illis, g. m.
Apenas, vix.
Apos, *apoz*, post.
Aquella, illa, illam. *àquella*, illi, g. f. *aquellas*, illæ, illas. *àquellas*, illis, g. f.
Aquelle, ille, illum. *àquelle*, illi, g. m. *aquelles*, illi, illos. *àquelles*, illis.
Aquelloutro, ille alter.
Aquem, citra.
Aqui, hic, hoc loco; huc.
Aquillo, ille.
As. 1. articulus (§ 1.) 2. eæ, illæ; eas, illas. *às*. 1. articulus. (§ 1.) 2. iis, illis, g. f.
Assas, satis.
Assi, *assim*, sic, ita, etiam.
Atè, usque. *atégora*, adhuc, hucusque. *atélli*, eo usque. *atéqui*, hucusque.
Atravèz, transverse.
Atraz, post, retro.
Avante, ulterius, porro.
Ay, ah! væ!

B.

Balde. *de balde*, frustra.
Belem, Bethlehem.
bem, bene.

C.

C' pro *com*, poetice. *c'um*, mit einem; *c'uma*, mit einer.
Cà, hic, huc.
Caya, *cayas*, *caya*, &c. cadam, cadas, cadat, &c. a *cabir* seu *cair*.
Cayba, *bas*, *ba*, &c. locum habeam, as, at, &c. a *caber*.
Cedo, cito, brevi.
Cerca, circa; quod attinet ad ....
Co pro *com*. *coa*, *coas*, pro *com a*, *com as*.
Com, cum.
Comigo, *commigo*, mecum; *comtigo*, tecum; *comsigo*, secum; *comnosco*, nobiscum.
Como, sicut, quomodo.
Confuso, Sup. a *confundir*, confundere.
Comsigo, secum; *contigo*, tecum.
Corrupto, *corruto*, Sup. a *corromper*, corrumpere.

Coube, *coubéraõ*, locum habuit, locum habuerunt. a *caber*. *coubera*, *coubesse*, &c. sufficeret, locum haberet, &c. ab eodem.

Crea, *as*, *a*, &c. credam, as, at, &c. a *crer*.

Crede, credite. *credes*, creditis. ab eodem.

Creo, credo; credidit. a *crer*. item *creo*, a *crear* seu *criar*.

Creyo, credo. *creya*, *as*, *a*, &c. credam, as, at, &c. a *crer*.

Cuberto, Sup. a *cobrir* sive *cubrir*, tegere.

Cuja, *cujas*; *cujo*, *cujos*; cujus, quorum, quarum.

Cum pro *com hum*, mit einem.

D.

Da. 1. articulus. 2. ejus, ab ea. *dà*, dat; da. a *dar*.

Dabi, inde.

Dalem, ultra.

Dalli, inde.

Dantes, antea.

Daquem, citra.

Daqui, hinc.

Das. 1. articulus. (§ 1.) 2. earum, ab eis. *dás*, das. a *dar*.

Debaixo, sub.

Debalde, frustra.

delRey, Regis, ab Rege. articulus hispanicus, pro lusitanico *do*.

Demais, reliquum, cetera.

Démos, dedimus. a *dar*. *demos*, demus; ab eodem.

Dentro, intus; intro.

Deo, dedit. a *dar*.

Depoes, *depois*, deinde, post. *depois que*, postquam.

Depressa, celeriter.

Dera, *ras*, *ra*, &c. Aoristus a *dar*, dare.

Desde, inde a. cui nonnunquam articulus affigitur, & ultimam ejus literam absorbet: *desdo*, pro *desde o*.

Desorte, adeo, sic.

Despois, deinde, post. *despois que*, postquam.

Desque, statim ut, ubi primum.

Desse, *sses*, *sse*, &c. darem, res, ret, &c. a *dar*.

Dessoutro, alterius illius, ab altero illo.

Déste, *déstes*, dedisti, dedistis. a *dar*. Sed *deste*, istius, ab isto.

Detràs, retro.

Deu, dedit. a *dar*.

Devagar, per otium, lente, sensim.

Diante, coram, ante. *por diante*, in posterum.

Diga, *as*, *a*, &c. dicam, as, at, &c. a *dizer*. *digai*, dicite. ab eodem.

Digo, dico. a *dizer*.

Diloha, dicet id. ex *dir* seu *dizer*, *o*, & *ha*, immisso *l* euphonico.

Diogo, Jacobus.

Direi, *ràs*, *rà*, &c. dicam, es, et, &c. a *dizer*.

Diria, *as*, *a*, &c. dicerem, es, et. &c. ab eodem.

Dirmebeys, dicetis mihi. *dirvosbaõ*, dicent vobis. ex *dir* seu *dizer*, pronomine, & auxiliari. (§ 17.)

Disse, *disseste*, *disse*: *dissemos*, *dissestes*, *disseraõ*; dixi, dixisti, dixit: diximus, &c. a *dizer*.

Dissera, *ras*, *ra*, &c. Aoristus ab eodem.

Dis-

ſſes, *ſſe*, &c. dicerem, es, et, b eodem.
Sup. a *diſtinguir*, diſtinguere.
to, Sup. a *dizer*, dicere.
ſte, *xe*, &c. dixi, iſti, it, &c. dem.
cit. ab eodem.
rticulus. (§ I.) 2. ejus, ab eo.
dona. a *dom*.
unde; ubi.
articulus. (§ I.) 2. eorum, i.
). a *dar*.
·, *a*, &c. dolebam, bas, bat, *doer*.
tia perſona ſingularis in Præ- Indicativi, Compoſitorum entium in *duzir*. *reduz*, redu- *ntroduz*, introducit; a *redu-* *troduzir*.

E.

eis-aqui, ecce.
s, *ja*, &c. eligam, as, at, &c. *er*, eligere.
Sup. ab eodem.
e, is.
Rex. more hiſpanico, pro
.
pace mea, pace noſtra; im n.
, ſupra, in ſuperiore parte.
denique; proinde.
tunc
inter. *entre tanto*, interim.
Sup. ab *envolver*, involvere.
, *eſcrito*, *eſcrito*, Sup. ab *eſcre-* ſcribere.

Eſſa, iſta.
Eſſe, iſte.
Eſtà, ſtat, eſt. *eſtàs*, ſtas, es. Sed *eſta*, iſta, iſtam; *eſtas*, iſtæ, iſtas.
Eſte, iſte.
Eſteja, *jas*, *ja*, &c. ſtem, ſtes, ſtet, &c. ſim, ſis, ſit, &c. ab *eſtar*.
Eſtevaõ, Stephanus.
Eſteve, ſtetit, fuit. ab *eſtar*.
Eſtive, *eſtiveſte*, ſteti, ſtetiſti; fui, fuiſti. *eſtivemos*, *eſtiveſtes*, *eſtiveraõ*, ſtetimus, iſtis, erunt; fuimus, fuiſtis, fuerunt. ab *eſtar*.
Eſtivera, *eras*, *era*, &c. Aoriſtus ab eodem.
Eſtiveſſe, *eſſes*, *eſſe*, &c. ſtarem, eſſem, es, et, &c. ab eodem.
Eſto, iſte.
Eſtou, ſto, ſum. ab *eſtar*.
Eſtoutro, ille alter.
Eu, ego.
Exaqui, ecce.
Eylo aqui, ecce, en ille præſens.
Eys, ecce.

F.

Faça, *as*, *a*, &c. faciam, as, at, &c. a *fazer*.
Faço, facio. ab eodem.
Fallo, facit eum, facit id. ex *faz* & *o*, interpoſito *l*. euphonico. Sed *fallo* (a *fallar*) loquor.
Fallobaõ, facient, facere debebunt. ex *far* ſeu contracto *fazer*, *o*, & *baõ*, immiſſo *ll* euphonico.
Falo, facit eum, facit id. pro *faz-o*.
Farei, *ràs*, *rà*, &c. faciam, facies, faciet, &c. a *fazer*.

Faria,

Faria, *ias*, *ia*, &c. facerem, es, et, &c. ab eodem.
Farseba, fiet, faciendum est. ex *fazer* contracto in *far*, *se*, & *ba*.
Faz, facit. a *fazer*.
Feito, Sup. ab eodem.
Felippe, Philippus.
Fello, *felo*, fecit eum vel id. *felas*, *felos*. &c. fecit eas, eos, &c. ex *fez* & pronomine.
Fez, fecit. a *fazer*.
Fiz, *fizeste*. feci, fecisti: *fizemos*, *fizestes*, *fizéraõ*, fecimus, cistis, cerunt. ab eodem.
Fizera, *ras*, *ra*, &c. Aoristus ab eodem *fazer*, facere.
Fizesse, *sses*, *sse*, &c. facerem, es, et, &c. ab eodem.
Fóra, extra, foris; procul. *Fora*, Aoristus a *Ser*, esse. (§ 8.)
Fujo, *fuja*. &c. fugio, fugiam, &c. a *fugir*. (§ 21.)

G.

Graõ seu *gram*, pro *grande*, magnus.

H.

Havem, *bavenbaõ*. *Là te havem*, tu videris. *Là se bavenbaõ*, ipsi viderint.
Hay, est, adest. gallice, *il y a*, *il y en a*.
Hi, hic, hoc loco.
Hoje, hodie.
Hontem, heri.

I.

Ja, jam.
Jago, Jacobus.
Jaime, Jacobus.
Jamais, nunquam, non ultra.
Jaz, jacet. a *jazer*.
Ide, ite. *ides*, itis. ab *ir*.
Imigo, inimicus. poetice pro *inimigo*.
Inda, etiam, adeo, adhuc.
João, Joannes.
Isabel, Elisabetha.
Isso, *isto*, hic, hoc.
Junto, prope.

L.

Là, illic; illuc.
Lé, legit. *le*, lege. a *ler*.
Lea, *as*, *a*, &c. legam, as, at, &c. ab eodem.
Lede, legite. *ledes*, legitis. ab eodem.
Leo, lego. ab eodem. Est & Praeteritum ordinarium, legit.
Leya, *as*, *a*, &c. legam, as, at, &c. a *ler*.
Leyo, lego. ab eodem.
Lha, ipsi eam, ipsis eam. *lhas*, ipsi eas, ipsis eas.
Lhe, ei, eum, eam; iis, eos.
Lhes, iis, eos, eas.
Lho, ipsi eum, ipsis eum, ipsi vel ipsis id. *lhos*, ipsi eos, ipsis eos.
Logo, statim; ergo.
Luis, Ludovicus, Aloysius.

M.

Ma, mihi eam.
Mafamede, *Mafoma*, Mahometes, Turcarum conditor; rectius Muhammed.
Mais, magis, plus. *o mais*, reliquum, cetera. *por mais que*, quantumvis.
Mal, male.

Man-

Manhaã. a manhaã, crás.
Más, sed. *mas*, mihi eas. *màs*, malæ, malas.
Mayor, major.
Me, mihi, me.
Melhor, melior; melius.
Menor, minor.
Menos, minus. *ao menos*, saltem.
Mi, ego, mihi, me.
Milhor, melior.
Mim, ego, mihi, me.
Mo, mihi eum, mihi id.
Mór, major.
Morto, Sup. a *morrer*, mori.
Mos, mihi eos.
Mui. admodum.
Muito, multum. *que muito*, *que*.....? quid mirum, quod,....?

N.

Na, nobis eam.
Nada, nihil.
Nado, natus. poetice pro *nacido*.
Nam seu *naõ*, non.
Nem, neque.
No. 1. nobis eum, nobis id. 2. in, in bem.
Nomeyo, *nomeya*, &c. nomino, nominem, &c. a *nomear*.
Nós, nobis, nos. *nos*, in, in ben.
Nosco. *com nosco*, nobiscum.
Nunca, nunquam.

O.

O. 1. articulus. (§ 1.) 2. is, eum, id. ó, *o!*
Ob, o! heu!
Onde, ubi; quo. *para onde*, quo.
Ora, jam.
Os. 1. articulus. (§ 1.) 2. ii, eos.
Ou, vel.
Ouça, *ças*, *ça*, &c. audiam, as, at, &c. ab *ouvir*.
Ouço, audio. ab eodem.

P.

Para, pro, propter. Est & *para* a *parar*, sistere: sistit, siste.
Para que, ut.
Peça, *as*, *a*, &c. petam, as, at, &c. a *pedir*. Sic & *peço*, peto; *pecem*, petunt; ab eodem.
Pedro, Petrus.
Peor, pejor; pejus.
Perante, coram.
Perca, *as*, *a*, &c. perdam, peream, as, at, &c. a *perecer* & *perder*. (§ 24.)
Perto, versus, prope.
Peyor, pejor; pejus.
Pòde seu *póde*, potuit. *póde*, potest. a *poder*.
Poem, ponit, ponunt; pone seu ponito. a *pór*, ponere.
Poẽs, ponis. ab eodem.
Poes, quoniam; igitur.
Pois, quia; itaque.
Pola, ponit eam. *polo*, posuit eum; ponére eum. ex *poz* vel *pór* mutilis, & pronomine. Est & *polo*, aut *pollo*, loco *por o*, pro. *pollo proveito*, pro utilitate.
Pomos, ponimus. a *pór* seu *ponér*.
Ponde, ponite. *pondes*, ponitis. ab eodem.
Pondo, ponendo, ponens. ab eodem.
Ponha, *has*, *ha*, &c. ponam, as, at, &c. ab eodem.

Ponho, pono. ab eodem.
Por, per, pro, propter.
Porei, *ràs*, *rà*, &c. ponam, es, et, &c. a *poner* ſeu *pór*.
Porém, ſed, tamen.
Poria, *ias*, *ia*, &c. ponerem, es, et, &c. a *pór*.
Porque, quare; quia.
Possa, *ssas*, *ssa*, &c. poſſim, is, it, &c. a *poder*.
Posso, poſſum. ab eodem.
Posto, Sup. a *pór* ſeu *poner*, ponere.
Posto que, etſi.
Pouco, parum.
Poz, poſuit. *pozeste*, *zestes*, *zeraõ*, poſuiſti, poſuiſtis, poſuerunt. a *pór*.
Poz. a poz, poſt.
Pozera &c. Aoriſtus a *pór* ſeu *poner*.
Pozesse, *sses*, *sse*, &c. ponerem, es, et, &c. ab eodem.
Praz, placet. a *prazer*.
Preso, Sup. a *prender*, capere, prehendere.
Presso, Sup. a deſinentibus in *primir*. ut *expresso*, *impresso*.
Primeiro, primum.
Pude, *pudeste*, potui, potuiſti. *puderaõ*, potuerunt. a *poder*.
Pudera &c. Aoriſtus ab eodem.
Pudesse, *sses*, *sse*, &c. poſſem, es, et, &c. ab eodem.
Punha, *as*, *a*, &c. ponebam, as, at, &c. ponam, as, at, &c. a *pór* ſeu *poner*.
Puz, *puzeste*, *estes*, *eraõ*, poſui, uiſti, uiſtis, uerunt. ab eodem.
Puzera &c. Aoriſtus ab eodem.
Puzesse, *sses*, *sse*, &c. ponerem, es, et, &c. ab eodem.

Q.

Quaesquer, qualescunque. a *qualquer*, qualiscunque.
Quamanho, quantus.
Quando menos, minimum, ſaltem.
Quaõ, quam.
Que, qui; quod, ut; quia, quam.
Queira, *ras*, *ra*, &c. velim, is, it, &c. a *querer*.
Quem, qui, quis.
Quer, vult. a *querer*.
Quiçá, fortaſſe.
Quila, voluit. pro *quiz-a*, inſerto *l* euphonico, & omiſſo *z*. ſic *quillo* & *quilo*, voluit eum vel id.
Quisesse, *sses*, *sse*, &c. vellem, es, et, &c. a *querer*.
Quiz, *quizeste*, *quiz*, *quizestes*, *quizeraõ*, volui, iſti, it, &c. ab eodem.
Quizera, *ras*, *ra*, &c. Aoriſtus ab eodem.

R.

Receyo &c. vereor &c. a *recear*.
Remedeyo &c. remedium affero, &c. a *remedear*.
Resoluto, Sup. a *resolver*, ſtatuere.
Reverenceyo &c. revereor &c. a *reverencear*.
Ri, ridet. a *rir*.
Ria, *as*, *a*, &c. rideam, as, at, &c. ab eodem.
Ride, ridete. *rides*, ridetis. ab eodem.
Rim, rident. ab eodem.
Rio, rideo. ab eodem.
Roins, pravi, pravæ. a *ruim* ſeu *roim*.
Roto, ruptus. a *romper*.

Sai-

S.

Saiba, *bas*, *ba*, &c. sciam, as, at, &c. a *saber*.
Santiago, S. Jacobus.
Sayo, *saya* &c. exeo, exeam &c. a *sair* vel *sabir*.
Scripto, Sup. Compositorum ab *escrever*. *prescripto*, præscriptus. *transcripto*, transcriptus.
Se. 1. sibi, se. 2. impersonale, man. *se usa*, usurpatur. *se lhe disse*, dictum ei est. *notese*, observetur. *callese*, taceatur. 3. si. 4. *que se*, quodsi. 5. *se quer*, forte, circiter.
Sem, sine.
Senaõ, nisi; sed; sin minus. Servit item pro impersonali man, & *non*. *senaõ póde duvidar*, non potest dubitari.
Sey, scio. a *saber*.
Si. 1. sibi, se. 2. ita.
Siga, *as*, *a*, &c. sequar, aris, atur, &c. a *seguir*. (§ 23.)
Sim. 1. sibi, se. 2. ita.
Sima. *a sima*, *de sima*, supra, sursum.
Sò, solum; solus. *sòs*, soli.
Sobre, super. *sobristo*, super hoc.
Solto, Sup. a *solver*, solvere.
Somente, solum.
Sorte. *de sorte*, ita ut.
Soube, *beste*, *be*, &c. scivi, visti, vit, &c. a *saber*.
Soubera, *ras*, *ra*, &c. Aoristus ab eodem.
Soubesse, *sses*, *sse*, &c. scirem, es, et, &c. ab eodem.
Sprito, spiritus. poeticum, pro *espirito*.
Sus, eja.
Suspenso, Sup. a *suspender*, suspendere.

T.

Tam seu *taõ*, tam.
Tamanho, tantus.
Tambem, etiam.
Te, tibi, te.
Tello, *telo*, habere illum vel illud. ex *ter* mutilato, & *o*; interposito *l* aut *ll* euphonico. e. g. *tello alcançado*, id obtinuisse. *Telobieis*, haberetis, habituri eratis.
Tem, habet, habent. a *ter*.
Tende, habete. *tendes*, habetis. ab eodem.
Tenha, *nhas*, *nha*, &c. habeam, as, at, &c. ab eodem.
Tenho, habeo. ab eodem.
Tens, habes. ab eodem.
Terdes, habeatis, habueritis. ab eodem.
Teve, habuit. ab eodem.
Ti, tibi, te.
Tido, Sup. a *ter*. *ha tido*, habuit: *avia tido*, habuerat: *aver tido*, habuisse.
Tinha, *as*, *a*, &c. habebam, as, at, &c. a *ter*.
Tive, *tiveste*, habui, habuisti: *tivemos*, *estes*, *eraõ*, habuimus, istis, erunt. ab eodem.
Tivera, *ras*, *ra*, &c. Aoristus ab eodem.
Tivesse, *sses*, *sse*, &c. haberem, es, et, &c. ab eodem.
To, tibi hunc, tibi hoc. *tos*, tibi hos.
Todavia, nihilominus, tamen.

Todo, totus, omnis. Post se habet articulum definitum: *toda a Corte*, tota Regia: *todas as gentes*, omnes populi.
Traga, *as*, *a*, &c. feram, ducam, as, at, &c. a *trazer*.
Trago, fero, duco. ab eodem.
Traja, *jas*, *ja*, &c. ducam, feram, as, at, &c. ab eodem.
Trarei, *ràs*, *rà*, &c. feram, traham, es, et, &c. ab eodem.
Traria, *ias*, *ia*, &c. ferrem, ducerem, es, et, &c. ab eodem.
Traz. 1. retro. 2. ducit, fert. a *trazer*.
Trouxe, *xeste*, *xe*, &c. tuli, duxi, isti, it, &c. a *trazer*.
Trouxera, *ras*, *ra*, &c. Aoristus ab eodem.
Trouxesse, *sses*, *sse*, &c. ferrem, ducerem, &c. ab eodem.
Tu, tu.

V.

Và, eam, eat. ab *andar*.
Vades, eatis. ab eodem.
Vai, it; i. ab eodem.
Val, valet. a *valer*.
Valha, *lhas*, *lha*, &c. valeam, juvem, &c. ab eodem.
Vam. 1. eunt; eant. ab *andar*. 2. vanus.
Vamos, eamus. ab *andar*.
Vans, vani, vanæ. a *vaõ*.
Vaõ. 1. eunt; eant. ab *andar*. 2. vanus.
Vas, is; *vàs*, eas. ab *andar*.
Ve, videt. *ve*, vide. a *ver*.
Vede, videte. *vedes*, videtis. ab eodem.
Veja, *as*, *a*, &c. videam, as, at, &c. ab eodem.
Vejo, video. ab eodem.
Vem. 1. venit, veniunt; venito. a *vir*. 2. eant, ab *andar*. 3. vident. a *ver*.
Venha, *as*, *a*, &c. veniam, as, at, &c. a *vir*.
Venho, venio. ab eodem.
Vens, venis. ab eodem.
Veyo, venit. præteritum ab eodem.
Vi, vidi. a *ver*. at *vir* non facit *vi*, sed *vim*.
Viemos, venimus. præteritum a *vir*.
Viera, *as*, *a*, &c. Aoristus ab eodem. item a *ver*.
Vieraõ, venerunt. a *vir*.
Viesse, *sses*, *sse*, &c. venirem, es, et, &c. ab eodem. & a *ver*.
Vieste, *viestes*, venisti, venistis. a *vir*.
Vim, ego veni. ab eodem.
Vimos. 1. vidimus. a *ver*. 2. venimus. præsens a *vir*.
Vinde, venite: *vindes*, venitis. a *vir*.
Vindo, Particip. Præsentis simul & Præteriti a *vir*. unde in genere fem. *vinda*, quæ venit.
Vinha, *as*, *a*, &c. veniebam, bas, bat, &c. ab eodem.
Vio, vidit. a *ver*.
Vira, *as*, *a*, &c. Aoristus a *ver*, videre. *viraõ*. 1. ab eodem Aoristo. 2. viderunt.
Visse, *sses*, *sse*, &c. viderem, es, et, &c. a *ver*.

Viste,

Viste, *vistes*, vidisti, vidistis. ab eodem.

Vos, vobis eos. Sed *vós*, vobis, vos.

Vosco, *com vosco*, vobiscum.

Vou, eo. ab *andar*, ire.

CATALOGUS PARTICULARUM,

quæ Verbis compositis præfiguntur.

A - guardar, expectare.
Ab - solver, absolvere.
Abs - ter, abstinere.
Ac - clamar, acclamare.
Ad - orar, adorare.
Af - firmar, affirmare.
Ag - gravar, aggravare.
Am - parar, protegere.
Ante - por, anteponere.
Ap - provar, approbare.
Apre - sentar, repræsentare.
Ar - riscar, periculo exponere.
Arre - negar, abnegare.
As - sentarse, sedere, assidere.
Au - sentarse, discedere.
Bem - dizer, benedicere.
Ben - dizer, bene precari.
Co - meter, patrare.
Com - bater, pugnare, oppugnare.
Con - sentir, consentire.
Contra - pezar, in altera lance appendere.
Cor - romper, corrumpere.
D - escrever, describere.
De - mostrar, demonstrare.
Der - rogar, derogare.
Des - cobrir, detegere.
Desa - parecer, evanescere.
Desag - gravar, onere liberare.
Desap - parecer, evanescere.
Descom - por, disjicere, perturbare.
Descon - fiar, diffidere, desperare.
Desem - parar, relinquere.
Desen - cerrar, recludere.
Desim - pedir, expedire.
Dif - ferir, discrepare.
Dis - simular, dissimulare.
Em - pregar, impendere, insumere.
En - caminhar, introducere, viam aperire.
Enter - por, interponere.
Entre - ter, colloqui.
Entres - tecer, interpolare, intertexere.
Es - colher, eligere.
Ex - ceder, excedere.
Im - portar, interesse.
In - tentar, designare, intendere.
Inter - vir, intervenire.
Mal - tratar, male tractare.
Man - ter, sustentare.
O - por, opponere.
Oc - correr, occurrere.
Op - por, opponere.
Per - seguir, insectari.
Pr - escrever, præscribere.
Pre - destinar, prædestinare.
Presu - por, pro certo præmittere.
Pro - pagar, propagare.

Pros - seguir, prosequi.
R - estar, superesse.
Re - conhecer, recognoscere.
Recon - vir, objectare, urgere.
Red - arguir, redarguere.
Repre - sentar, repræsentare.
Res - guardar, tueri.
Resus - citar, resurgere, excitare.
Retro - ceder, retro cedere.
Satis - fazer, satisfacere.
Se - parar, separare.
So - meter, subjicere.
Sob - ornar, subornare.
Sobre - vestir, supervestire.
Soc - correr, succurrere.
Sor - rir, subridere.
Sos - ter, sustinere.
Sotto - por, infra ponere.
Su - ceder, accidere, succedere.
Sub - ornar, subornare.
Suc - ceder, succedere, evenire.
Sup - por, ponere, ut certum sumere.
Super - abundar, plusquam abundare.
Sur - prender, improviso supervenire.
Sus - pender, suspendere.
Trans - formar, transformare.
Tras - passar, trajicere.
Tres - variar, delirare.

EXERCITATIO;

ipso facto demonstrans, posse ex paucissimis his, quæ præmisi, obviam quamque libri lusitanici partem, ope Lexici, recte explicari.

Ex Antonio Vieira, Operum P. II, Orat. de D. Antonio Patavino, ubi pisces maris vicini sic alloquitur.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13
A primeira cousa, que me desedifica, peyxes, de vós, he que vós comeis huns
14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24 25 26
aos outros. Grande escandalo he este: mas a circunstancia o faz ainda mayor.
27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41
Naõ só vós comeis huns aos outros, senaõ que os grandes comem os pequenos. Se
42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54
fora pe'o contrario, era menos mal. Se os pequenos comèraõ os grandes, bastàra
55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66
hum grande para muytos pequenos: mas como os grandes comem os pequenos,
67 68 69 70 71 72 73 74 75 76
nam bastaõ cem pequenos, nem mil, para hum só grande.

Brevi-

Brevitatis ergo *D.* significabit *Dictionarium*, *Sp.* meum *Spicilegium*, § 1, § 2, § 3, &c. numerum Institutionum, quas proposui.

1) *A* articulus femininus (§ 1) in Nominativo singulari. *Primeiro* D. primus. *o* in *a* (§ 4) ob genus femininum sequentis Substantivi. 2) D. res. *Prima res.*

3) Sp. qui, quæ. 4) Sp. mihi, me. 5) D. *desedificar*, displicere, offendere. *a* (§ 9) Præsens Indicativi. *quæ mihi displicet.* 6) D. *peyxe*, piscis. additum *s* (§ 3) nota numeri pluralis. *pisces.* 7) articulus indefinitus. (§ 2.) 8) Sp. vobis, vos.

9) auxiliare (§ 8) *est.* 10) Sp. quod. 11) Sp. vos. 12) D. *comer*, comedo, devoro: quod sæpius deinceps redibit *is* (§ 9) terminatio personæ secundæ plur. in Præsenti Indicativi. *comeditis*, *devoratis.* 13) D. *hum*, unus: cujus *m* (§ 3) in plurali mutatur in *ns.* 14) articulus (§ 1) dativi pluralis. Sed *aos* persæpe Accusativum amat (§ 19) idque hic contigit. 15) D. *outro*, alius. *s* (§ 3) num. plur. *alios.* Collige sententiam: *Res prima, quæ me in vobis offendit, o pisces, ea est, quod vestrum alii alios devorant*, seu *quod vos ipsi alios alii devoratis.*

16 & 17) DD. Magna offensa. 18) auxiliare (§ 8) *est.* 19) Sp. iste. 20) Sp. *más*, sed. Observa, in accentibus Lusitanos minime anxios esse, quippe quos libere omittunt vel mutant. 21) articulus (§ 1) Nominativi feminini. 22) D. circumstantia, adjunctum. 23 sq.) Sp. id facit. 25) Sp. etiam. 26) Sp. major. *Magna est hæc offensa, sed ab adjuncto fit etiam major.*

27 - 29) Sp. non tantum vos. 30 - 33) comeditis alii alios. ut n. 12 - 15. 34 sq.) Sp. sed ut. 36) articulus (§ 1) pluralis. 37) D. magni. 38) *em* (§ 9) ultima persona Præsentis. comedunt. 39) articulus. 40) D. parvos.

41) Sp. si. 42) Aoristus (§ 8) *foret.* 43) ex nostro *per* & articulo (§ 20) per. 44) D. contrarium. 45) auxiliare (§ 8) *erat.* 46) Sp. minus. 47) D. malum. *Non tantum vos devoratis alii alios, sed ita ut magni devorent parvos. Si e contrario accideret, minus malum esset.*

48 - 50) DD. si parvi. 51) Aoristus (§ 9) *comederent.* 52) articuli (§ 1) accusativus. 53) D. magnos. 54) D. *bastar*, sufficere. Aoristus (§ 9) *sufficeret.* 55 - 59) DD. unus magnus pro multis parvis. 60 & 61) Sp. sed

ſed ſicut. 62) articulus. 63-66) DD. magni comedunt parvos. 67) Sp. non. 68) *aõ* (§ 9) Præſ. Indicativi. *ſufficiunt.* 69-72) DD. centum parvi, neque mille. 73) Sp. pro. 74) D. unus. 75) Sp. tantum. 76) D. magnus. *Si parvi magnis veſcerentur, multis parvis magnus unus ſufficeret: at cum magni parvos devorant, centum, imo mille parvi ne uni quidem magno ſufficiunt.*

77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90
Para que vejais, quam feo & abominavel he, quero que o vejais nos homens.
91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105
Olhay, peyxes, lá do mar para a terra. Naõ, naõ: naõ he iſſo o que vos
106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118
digo. Vós virais os olhos para os matos & para o ſertaõ? Para cà, para cà:
119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130
para a Cidade he que haveis de olhar. Cuidais, que ſó os Tapuyas ſe comem
131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142
huns aos outros? muyto mayor açouge he o de cà, muyto mais ſe comem os
143 144 145 146 147 148 149 150 151 152
brancos. Vedes vós todo aquelle bolir, vedes todo aquelle andar, vedes aquelle
153 154 155 156 157 158 159 160
concorrer ás praças, & cruzar as ruas? vedes aquelle ſubir & deſcer as calçadas?
161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171
vedes aquelle entrar & ſair ſem quietaçaõ, nem ſocego? Pois tudo aquillo he andarem
172 173 174 175 176 177 178 179 180
buſcando os homens, como haõ de comer, & como ſe haõ de comer.

77 ſq.) Sp. ut. 79) Sp. *Veja, as, a,* &c. videam, as, at, &c. *ais* (§ 9) ſecunda perſona pluralis. videatis. 80-83) DD. quam fœdum & abominandum. 84) eſt. (§ 8.)

85) D. *querer*, velle. *o* (§ 9) Præſ. Indic. *volo.* 86 & 87) Sp. ut id. 88) videatis ut n. 79. 89) Sp. in. 90) hominibus, pluralis (§ 3) ab *homem.* *Ut videatis*, o piſces, *quam id fœdum & abominandum ſit, volo, ut id in hominibus videatis.*

91) D. *olhar*, aſpicere. *ai* (§ 9) pluralis Imperativi. itaque *olhay*, aſpicite: nam *i* & *y* (§ 21) promiſcua ſunt. 92) D. piſces. 93) Sp. illic. 94) articulus. quem deinceps omitto. 95-97) DD. mare ad terram.

98-100) Sp. non. 101) eſt. (§ 8.) 102-106) Sp. hoc id quod vobis dico. 107) Sp. vos. 108) D. vertere. *ais* (§ 9) Præſ. Ind. vertitis. 109-114) DD. oculos ad ſylvas & ſolitudinem. 115-120) DD. Huc, huc, ad

ad urbem. 121) est. (§ 8.) 122) Sp. qui. quo. 123 & 124) haveis pro debetis. (§ 16) debetis aspicere.

125) D. *cuidar*, cogitare, putare. *ais* (§ 9) cogitatis, putatis. 126 sq.) Sp. quod solum. 128) Tapujæ, barbari, qui carnibus humanis vescebantur, & in Maranionis provincia, ubi concionabatur Vieira, dispersi habitabant. 129) Sp. se. 130 - 132) devorant alii alios. ut n. 38 & 13-15. 133 sq.) Sp. multo major. 135) D. laniena. 136) est. (§ 8.) 137) Sp. is. 138) hic, hujus loci. laniena ea, quæ hoc loco fit. 139-141) Sp. multo magis se. 142) comedunt. 143) D. albi. *Respicite, pisces, illinc a mari ad terram. Non, non ita: non est hoc, quod vobis dico. Quid oculos vertitis ad sylvas & solitudinem? Huc, huc, ad urbem vobis respiciendum est. Putatisne, solos Tapuyas esse, quorum alii alios devorent? multo major laniena est hujus loci, multo magis se albi mutuo devorant.*

144) Sp. videtis. 145) Sp. vos. 146 sq.) Sp. omnis ille, totus ille. Hæc duo vocabula, & Verbum *vedes*, aliquoties repetentur. 148) D. æstuare. 149 - 151) ut paulo ante. 152) D. ire. 153 - 157) DD. concurrere in forum, & decussare plateas. 158 - 160) DD. ascendere & descendere per semitas. 161 - 166) DD. intrare & exire sine quiete ac remissione. Omnes hi Infinitivi per modum Substantivorum ponuntur, ut in germanico: ihr Gehn und Laufen, ihr Auf- und Absteigen.

167 - 169) DD. Atqui totum hoc. 170) est. (§ 8.) 171) D. *andar*, ire. *aren* (§ 9) Infinitivi Præsens. 172 sq.) D. quærere; homines (§ 3) ab *homem*. 174) Sp. quomodo. 175) habent. (§ 7.) 176) D. comedere. 177 - 180) & quomodo se habeant comedere. *Videtisne omnem hunc æstum? videtisne omnes hos passus? videtisne hos ad forum concursus, hos per trivia & bivia transitus? videtisne, ut per semitas ascendunt descenduntque? videtis, ut sine quiete, sine remissione, introeunt exeuntque? Atqui hæc omnia fiunt, ut quæsitum eant homines, unde comedant, & se mutuo devorent.*

181 182 183 184 185 186 187 188 189 190
Morreo algum delles, vereis logo tantos sobre o miseravel a despedaçalo, & comelo.
191 192 193 194 195
Comemno os herdeiros, comemno os testamenteiros, comemno os legatarios, comemno
196 197 198 199 200 201
os acredores: comemno os officiaes dos orfaôs, & os dos defuntos, & auzentes: comeo
202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212
o Medico, que o curou, ou ajudou a morrer: comeo o sangrador, que lhe tirou o

 san-

213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223
sangue: comeo a mesma mulher, que de má vontade lhe dá para mortalha o lançol
224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237
mais velho da casa: comeo o que lhe abre a cóva, o que lhe tange os sinos, & os
238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249
que cantando o levaõ a enterrar: emfim, ainda ao pobre defunto o naõ coméo a
250 251 252 253 254 255 256
terra, & já o tem comido toda a terra.

181) D. *morrer*, mori. *eo* (§ 9) Præteritum Indic. mortuus est. 182) D. aliquis. 183) Sp. *elle*, ille. plur. *elles*, & conflato *de* (§ 20) *delles*, illorum. 184) D. *ver*, videre. *ereis* (§ 9) Futurum. videbitis. 185-190) DD. illico multos in miserum (irruere) ad dilacerandum eum, & absumendum. affixum *o*, eum, absorbet *r* utriusque Verbi (§ 17) pro quo *l* euphonicum inseritur. *Si mortuus est illorum aliquis, videbitis illico multos, qui miserum dilacerent, & absumant.*

191 & 201) *em* (§ 9) tertia persona plur. & *e* tertia sing. in Præsenti Indic. *o* affixum (§ 17) eum: *no*, ut (ibidem) *sabemno*, immisso *n* euphonico. itaque *comemno*, devorant eum; *comeo*, devorat eum. ambo sæpius repetuntur. 192-200) DD. hæredes, devorant eum testamentarii, legatarii, creditores, præpositi pupillis, defunctis, & absentibus. 202) D. medicus. 203 sq.) Sp. qui eum. 205-208) DD. curavit, aut juvit ad moriendum. *ou* (§ 9) Præteritum. 209) D. chirurgus. 210 sq.) Sp. qui ei. 212) D. *tirar*, extrahere, emittere. *ou* (§ 9) extraxit, emisit. 213) D. sanguinem. 214 sq.) DD. ipsa uxor. 216) Sp. quæ. 217) a *mao* (§ 4) mala. 218) D. voluntas. mala voluntate: latino more dic, ægre, invita. 219 sq.) Sp. ipsi dat. 221-223) DD. pro amictu funebri linteum. 224-226) D. *velho*, vetustus. *mais*, cum præposito articulo *o* (§ 5) Superlativum indicat. *casa*, D. domus. linteum tota domo vetustissimum. 227-229 & 232-234) Sp. is qui ipsi. 230) D. *abrir*, aperire. *e* (§ 9) aperit. 231) D. foveam. 235 sq.) DD. pulsat æs campanum. 237 sq.) illi, qui. 239) D. *cantar*, canere. *ando* (§ 9) canentes. 240) Sp. eum. 241 sq.) DD. ad sepeliendum efferunt. *aõ* (§ 9) Præsens. *Devorant eum hæredes, devorant testamentarii, devorant legatarii, devorant creditores, devorant eum, qui pupillis, qui defunctis, qui absentibus præfecti sunt: devorat medicus, qui curavit, seu ad moriendum auxiliatus est: devorat chirurgus, qui sanguine privavit: devorat ipsa uxor, quæ pro amictu funebri linteum domi deterrimum, & id ipsum invita dat: devorat,* qui

qui sepulcrum aperit, qui æs campanum pulsat, quique eum cantantes ad humandum efferunt.

243) Sp. denique. 244) Sp. etiam nunc. 245) D. pauper. 246) D. defunctus. *ao* (§ 19) hic Accusativo servit. miserum defunctum. 247) Sp. eum. Pronomen emphaticum (§ 18) seu ad majorem sententiæ vim repetitum. 248) Sp. non. 249) *eo* (§ 9) devoravit. 250) D. terra. 251) Sp. jam. 252) Sp. eum. 253) Sp. habet; a *ter*. Est auxiliare sequentis Verbi *comido*: nam Lusitani (§ 6) utuntur sæpissime Verbo *ter* pro *haver*. 254) *ido* (§ 9) Supinum. *devoravit*, hat verzehret. 255 sq.) DD. omnis terra. *Verbo, nondum miserum hunc defunctum terra devoravit, cum eum jam universa terra devoravit.*

257 258 259 260 261 262 263 264 265 266
Vede hum homem desses, que andaõ perseguidos de pleitos, ou acuzados de crimes: &
267 268 269 270 271 272 273 274
olhay, quantos o estaõ comendo. Comeo o Meirinho, comeo o Carcereiro, comeo
275 276 277 278
o Escrivaõ, comeo o Solicitador, comeo o Avogado, comeo o Enqueredor, comeo
279 280 281 282 283 284 285 286 287
a Testemunha, comeo o Julgador, & ainda naõ està sentenciado, & jà està comido.
288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299
Saõ peores os homens, que os corvos. O triste, que foy à forca, naõ o comem os
300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312
corvos senaõ depois de executado & morto: & o que anda em juizo, ainda naõ està
313 314 315 316 317 318
executado, nem sentenciado, & jà està comido.

257) Sp. videte. 258) D. hominem. 259) Sp. *esse*, iste. plural. *esses*, cum quo (§ 20) *de* conflatur. istorum, ex istis. 260) Sp. qui. 261) D. *andar*, ire. *aõ* (§ 9) eunt. 262 - 266) DD. jactati litibus, aut criminum accusati. 267) videte. ut n. 91. 268) D. quam multi. 269) Sp. eum. 270) D. *estar*, esse. *aõ* (§ 9) sunt. 271) *endo* (§ 9) Participium Præs. *devorantes*. *Videte hominem ex iis, qui circumeunt jactati litibus, vel criminum accusantur: & respicite, quot sint, qui eum devorant.*

272) Devorat eum. ut n. 201. 273 - 280) DD. apparitor, carcerarius, scriba, actor, advocatus, quæsitor, testis, judex. 281 sq.) D. nondum. 283 sq.) D. *sentenciar*, condemnare. *ado* (§ 9) Supinum: cum quo Verbum *Estar* (§ 10) facit Passivum. *est condemnatus*. 285) Sp. jam. 286 sq.) est devoratus. *Devorat eum apparitor, devorat carcerarius, devorat*

rat scriba, devorat actor, devorat advocatus, devorat quaestor, devorat testis, devorat judex: & cum nondum sit condemnatus, devoratus jam est.

288) Sunt. (§ 8.) 289) Sp. pejores. 290) homines (§ 3) ab *homem.* 291) Sp. quam. 292) D. corvi. 293) D. miser. 294) Sp. qui. 295) fuit. (§ 8.) 296) D. furca. furcae; supple, addictus. 297 sq.) Sp. non eum. 299-304) DD. comedunt (*em* § 9) corvi, nisi post inflictum supplicium & mortem. 305 sq.) Sp. is qui. 307) D. *andar*, ire. *a* (§ 9) it. 308) Sp. in. 309) D. judicium. cujus caussa versatur in judicio. 310-318) DD. nondum supplicio est affectus, neque damnatus, & jam est devoratus. *Pejores sunt homines corvis. Miser, qui furcae addictus est, non devoratur a corvis, nisi post supplicium & mortem: at qui in judicio versatur, nondum supplicio affectus, nondum damnatus, jam devoratus est.*

EXERCITATIO ALTERA, POETICA.

Ex Ludovico Camões, Lusiadum L. V.

Adamastor Gigas, promontorii Africani praeses ac deus, Lusitanis ita minatur:

1 2 3 4 5 6 7 8
E disse: O gente ousada mais, que quantas
9 10 11 12 13
No mundo cometérão grandes cousas,
14 15 16 17 18 19 20
Tu que por guerras cruas, tais & tantas,
21 22 23 24 25
E por trabalhos vãos nunca repousas:
26 27 28 29
Pois os vedados terminos quebrantas,
30 31 32 33 34
E navegar meus longos mares ousas,
35 36 37 38 39 40 41 42 43
Que eu tanto tempo ha ja que guardo & tenho,
44 45 46 47 48 49
Nunca arados destranho ou proprio lenho.

5 & 2

& 2) Sp. Et dixit. 3 - 8) DD. o gens audax magis quam quct. 9) in. (§ 20.) 10) D. mundo. 11) D. cometer, patrare. éraõ (§ 9) Præteritum. patrarunt. 12 sq.) DD. magnas res. 14 - 16) Sp. Tu quæ propter. 17 - 20) DD. bella cruda (a *cru*) talia & tot. *tais* pro *taes* (§ 14) a *tal*. 21 - 25) DD. & propter labores vanos nunquam quiescis. *Et dixit* Adamastor: *O gens audacior omnibus, quæcunque in orbe terrarum res magnas patrarunt; tu quæ propter bella cruda, talia tamque multa, & propter vanos labores nunquam quiescis.*

6 - 29) DD. quandoquidem vetitos limites perfringis. *as.* (§ 9) secunda persona sing. in Præsenti Indic. 30 - 34) DD. & navigare mea (a *meu*) vasta maria audes. 35 sq.) Sp. quæ ego. 37 sq.) DD tantum tempus. 39) habet. (§ 7.) pro *est*. tantum tempus est, tantum temporis elapsum est, ex quo .t. . . . 40 - 43) DD. ex quo jam custodio (hæc maria) & habeo seu teneo. Sp. *tenho*, a *ter*. D. *ter*, habere, tenere, obtinere. 44 - 49) DD. nunquam sulcata externo (*de* cum *estranho* coalescit, § 20) domesticove navigio. *Quandoquidem vetitos limites perfringis, & vasta mea navigare maria audes, quæ ego jam tanto tempore custodio & obtineo, nunquam ullo externo domesticove navigio sulcata.*

50 51 52 53 54
Pois vens ver os segredos escondidos
55 56 57
Da natureza & do humido elemento,
58 59 60 61
A nenhum grande humano concedidos
62 63 64 65
De nobre ou de immortal merecimento:
66 67 68 69 70
Ouve os danos de my, que apercebidos
71 72 73 74
Estaõ a teu sobejo atrevimento,
75 76 77 78 79 80
Por todo o largo mar, & pela terra,
81 82 83 84 85 86 87
Que inda has de sojugar com dura guerra.

0 & 51) Sp. quia venis. 52 - 57) DD. videre arcana abdita naturæ & humidi elementi. 58 - 61) DD. nulli magno homini concessa. *ido* (§ 9) Sup. a *conceder*. 62 - 65) DD. nobilis aut immortalis meriti. *Quandoquidem*

dem venis explorare abdita naturæ & humidi elementi arcana, nulli mortalium concessa, quamlibet magno, & nobilis aut immortalis meriti.

66) D. *ouvir*, audire. *e* (§ 9) Imperativus. audi. 67) D. damna. 68) ex me. Sp. *mi*, quod (§ 21) idem valet ac *my*. 69) Sp. quæ. 70) D. præparata. 71) D. *estar*, stare, esse. *aõ* (§ 9) sunt. 72-74) DD. tuæ immodicæ temeritati. 75 - 80) DD. per totum latum mare, & per (§ 20) terram. 81) Sp. quam. 82 - 87) DD. deinceps subjicere debebis (nam *has de* eam vim habet, (§ 16) per arduum bellum. *Audi ex me damna, quæ immodicæ tuæ temeritati præparata sunt per totam maris latitudinem, perque terras, quæ deinceps arduo bello a te subigenda erunt.*

88 89 90 91 92 93
Sabe, que quantas naos esta viagem,
94 95 96 97 98
Que tu fazes, fizerem de atrevidas,
99 100 101 102
Inimiga teràm esta paragem
103 104 105 106
Com ventos & tormentas desmedidas:
107 108 109 110
E da primeira armada, que passagem
111 112 113 114 115
Fizer por estas ondas insuffridas,
116 117 118 119 120
Eu farei dimproviso tal castigo,
121 122 123 124 125 126
Que seja mòr o dano, que o perigo.

